

quat et comprehendit suum terminum, sicut est in proposito; quia corpus locatum naturaliter adaequat suum proprium locum, et econtra; et ideo naturaliter impossibile est duo corpora simul esse in eodem loco, vel duo *ubi* esse simul respectu ejusdem termini, scilicet loci. — Illud autem quod dicit de incompossibilitate quanti ad quantum existendi in eodem loco, etc., — conceditur similitudo, ut patet multipliciter per predicta: quia in tali miraculo quantitas dimensiva (z) privatur suo proprio effectu, qui est excludere aliam dimensionem (6), et, cum hoc, novum modum causandi distinctionem quanti a quanto, scilicet sine distinctione situs exterioris.

**III. Ad argumenta aliorum.** — Ad argumenta ultimo inducta contra conclusionem, patet responsio per predicta. Unde ad primum, quod sumitur ex dictis Boetii, *de Trinitate*, satis ostendit quomodo unitas vel varietas locorum se habeat ad unitatem vel distinctionem corporum.

Ad secundum dicitur quod incompossibilitas duorum corporum ad simul existendum in eodem loco, non est effectus formalis quantitatis, sed effectus quasi cause efficientis; vel, si sit effectus formalis, non tamen primarius, sed secundarius, ut dictum est. Tales autem effectus potest Deus suspendere a suis causis, vel tales causas a talibus effectibus, cum possit suspendere albedinem ab actu albandi subjectum suum principale, ut patet in Eucharistia, quod est maius.

Ad confirmationem, negatur similitudo ibidem posita. Quia alterius modi est repugnantia duorum corporum ad simul existendum in eodem loco, et duorum contrariorum ad simul informandum idem subjectum; quia prima est quasi duarum causarum efficientium, secunda est quasi duarum causarum formalium. Deus autem potest suspendere effectum cause efficientis, non autem causa formalis, potissimum effectum primarium, et mere formalem, quem causat in proprio subiecto; quod non est in proposito.

Ad tertium respondet sicut ad secundum: quia duo corpora esse in eodem loco, non est repugnancia mere formalis, sed cause efficientis.

Ad quartum dicitur quod duug indivisibilia in continuo non possunt esse immediata, ut habetur, 6. *Physicorum* (t. c. 4); possunt tamen esse simul, sicut patet, 4. *Physicorum* (t. c. 42), de superficie locantis et locati. Et ulterius, similitudo illa non est ad propositum; quia indivisibilia non sunt proprie in loco, sicut sunt corpora.

Ad quintum respondet beatus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 2, q<sup>ta</sup> 3, in solutione secundi, ubi sic dicit: « Supposita distinctione subjecti sine distinctione situs, ex (7) divino miraculo, intelligentur

diversæ lineaæ, que non distant situ, propter diversitatem subjecti; et similiter diversa puncta. Et sic due lineæ designatae in duobus corporibus que sunt in eodem loco, trahuntur a diversis punctis ad diversa puncta, ut non accipiamus punctum signatum in loco, sed in ipso corpore locato, quia linea non trahitur nisi a puncto quod est terminus ejus, etc. » — Hac ille.

Ad argumentum pro questione (z), respondet sanctus Thomas (4. *Sentent.*, dist. 44, q. 2, art. 2, q<sup>ta</sup> 2, ad 4<sup>tm</sup>), dicens quod « corpus Christi non habuit ex dote subtilitatis quod possit esse cum alio corpore in eodem loco; sed hoc factum est virtute divinitatis post resurrectionem, sicut in nativitate. Unde Gregorius, in homilia (26 in Evang.), dicit quod *illud corpus Domini intravit ad discipulos: januis clausis, quod ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero Virginis*. Unde non oportet quod ratione subtilitatis hoc conveniat corporibus gloriiosis ». — Hac ille.

Et haec de questione sufficient. De qua benedictus Deus. Amen.

## QUÆSTIO IV.

### UTRUM ANIMA SEPARATA POSSIT PATI AB IGNE CORPOREO

**S**ALTERIUS, circa distinctionem quadragesimam quartam, queritur: Utrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

Et arguitur quod non. Quia omne quod patitur, recipit aliquid ab agente. Si ergo anima patiatur ab igne corporeo, oportet quod aliquid ab eo recipiat. Sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Ergo quod recipitur ab igne in anima, non est in ea (6) materialiter, sed spiritualiter. Sed forme rerum in anima spiritualiter existentes, sunt perfectiones illius. Ergo, si ponatur quod anima patiatur ab igne corporeo, hoc non erit in ejus pœnam, sed magis in ejus perfectionem.

In oppositum arguitur. Quia eadem ratio est de animabus separatis et de omnibus quod ab igne pati possint. Sed omnes ab igne corporeo patiuntur, cum puniantur ab illo igne a quo corpora damnatorum post resurrectionem patientur, quem oportet esse corpororum. Ergo anima separate ab igne corporeo pati possunt.

(a) *dimensiva.* — *divina Pr.*

(b) *dimensionem.* — *divisionem Pr.*

(c) *ex.* — *et Pr.*

(a) *questione.* — *conclusione Pr.*

(b) *ea.* — *eo Pr.*

In hac quaestione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

## ARTICULUS I.

### PONUNTUR CONCLUSIONES.

Quantum ad primum articulum, sit

**Prima conclusio :** Quod ignis interni affliget corpora damnatorum, non tamen alterabit ea a sua naturali qualitate.

Hanc ponit sanctus Thomas, presenti distinctione, q. 3, art. 4, in solutione tertiae quaestione, ubi sic dicit : « Principalis causa quare corpora damnatorum ab igne non consumentur, erit divina justitia, qua eorum corpora ad poenam perpetuam sunt addicta. Sed divinae justitiae servit etiam naturalis dispositio ex parte corporis patientis, et ex parte agentium, etc., » prout allegatum fuit in quaestione de impossibilitate beatorum (dist. præs., q. 2), respondendo ad argumenta Scoti secundo loco indueta. Requirere ibi.

Item, ibidem, in solutione tertii argumenti, sic dicit : « Nec tamen oportet quod, quia corpora damnatorum ab igne inferni per aliquam corruptionem non laeduntur, quod propter hoc ab igne non affligantur : quia sensibile non solum est natum delectare vel affligere sensum, secundum quod agit actione naturæ, confortando vel corrumpendo organa, sed etiam secundum quod agit actione spirituali ; quia quando sensibile est in debita proportione ad sentientem, delectat ; et contrario autem quando se habet in superabundantia vel defectu ; unde etiam colores medii delectant, et voces consonantes offendunt auditum. » — Hæc ille.

Item, 4. *Contra Gentiles*, cap. 89, sic dicit : « Forte autem alicui potest impossibile videri quod malorum corpora sint passibilia, non tamen corruptibilia, cum omnis passio magis facta abjectat a substantia : videmus enim quod, si corpus diu in igne permaneat, finaliter consumetur; dolor etiam, si sit nimis intensus, animam a corpore separat. Sed hoc totum accedit, supposita transmutabilitate materie de forma in formam. Corpus autem humanum, post resurrectionem, non erit transmutabile de forma in formam, neque in bonis, neque in malis : quia in utrisque totaliter perficietur ab anima quantum ad esse naturæ, ita ut jam non sit possibile hanc formam a tali corpore removeri, neque aliam introduci, divina virtute corpus animæ totaliter ( $\alpha$ ) subjiciente; unde et potentia que est in

( $\alpha$ ) totaliter. — *tali* Pr.

materia prima ad omnem formam, in corpore humano remanebit quodammodo ligata per virtutem animæ, ne possit in actum alterius formæ reduci. Sed quia corpora damnatorum, quantum ad alias conditiones, non erunt animæ totaliter subjecta, affligentur secundum sensum a contrarietate sensibilium ; affligentur enim ab igne corporeo, in quantum qualitas ignis, propter sui excellentiam, contrariatur aequalitati complexionis et harmoniae quæ est sensui connaturalis, licet eam solvere non possit; non tamen talis afflictio animam a corpore poterit separare, cum corpus sub eadem forma semper necesse sit remanere. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari ratio pro utraque parte conclusionis. — Pro prima siquidem, scilicet quod ignis affliget corpora damnatorum, arguitur sic : Tangibile improportionatum harmoniae tactus, approximatum sensui et corpori non omnino subiecto domino animæ, natum est affligere sensum. Sed ignis inferni taliter se habebit ad corpora damnatorum et tactum illorum. Ergo affliget ea. — Pro secunda parte arguitur sic : Cessante primo motu, cessabit omnis motus corporum alterativus a sua naturali dispositione. Sed, post resurrectionem, cessabit primus motus, scilicet qui est primi mobilis. Igitur, etc.

**Secunda conclusio est quod anima separata potest pati et affligi ab igne corporeo.**

Hanc conclusionem probat sanctus Thomas, presenti distinctione, q. 3, art. 3, in solutione tertiae quaestione. Dicit enim sic : « Supposito quod ignis inferni sit verus ignis corporeus, oportet dicere quod anima ab igne corporeo poenas patiatur, cum Dominus illum ignem diabolo et angelis ejus paratum esse dieat, Matth. 25 (v. 41), qui incorporei sunt, sicut et anima. Sed quomodo pati possit, multiplieiter assignatur. — Quidam enim dixerunt quod hoc ipsum quod est ignem videre, sit anime ab igne pati; unde Gregorius, in 4: *Dialogorum* (cap. 29), dicit : *Ignem eo ipso patitur anima, quo videt*. Sed istud non videtur sufficere : quia quodlibet visum, ex hoc quod videtur, est perfectio videntis; unde non potest in ejus poenam cedere, inquantum visum est. Sed quandoque est punivum vel contristans ( $\alpha$ ) per accidens, inquantum scilicet apprehenditur ut nocivum; unde oportet quod, preter hoc quod anima illum ignem videt, sit aliqua comparatio anime ad ignem, secundum quam ignis anime noceat. — Unde alii dixerunt quod, quauvis ignis corporeus non possit animam exurere, tamen anima apprehendit ipsum ut nocivum sibi, et ad tales apprehensionem afficitur.

( $\alpha$ ) est punivum vel contristans. — inquantum est punivum, vel contristans, vel Pr.

timore et dolore, ut in eis impleatur quod dicitur (Psalm. 43, v. 5), *Trepidaverunt timore, ubi non erat timor;* unde Gregorius, 4. *Dialogorum* (ibid.), dicit quod *anima, quia cremari se conspicit, cruciatur.* Sed hoc iterum non videtur sufficere. Quia, secundum hoc, passio animae non esset secundum rei veritatem, sed tantum secundum apparentiam: quamvis enim possit esse vera passio tristitiae, vel dolorum, ex aliqua falsa imaginatione, ut Augustinus dicit, 42. *super Genesim ad litteram;* tamen non potest dici quod secundum illam passionem vere patiatur a re, sed a similitudine rei quam concipit. Et iterum, iste modus passionis magis recederet a reali passione, quam ille qui ponitur per imaginarias visiones: cum ille dicatur esse per veras imaginations rerum, quas anima secum defert. (z) iste autem per falsas conceptiones, quas anima errans singit. Et iterum, non est probabile quod animae separatae, vel daemones, qui (6) subtilitate ingenii pollent, putarent ignem corporeum posse sibi nocere, si ab eo nullatenus gravarentur. — Unde alii dicunt quod oportet ponere animam & tamen realiter ab igne corporeo pati; unde etiam Gregorius, in 4. *Dialogorum* (ibid.), dicit: *Colligere e.c. dictis evangelicis possumus, quia incendium anima, non solum videndo, sed etiam experiendo, patiatur.* Sed haec tali modo fieri possunt. Dicunt enim quod ignis ille corporeus considerari potest dupliciter. Uno modo, secundum quod est res quaedam corporea; et hoc modo non habet quod in animam possit agere. Alio modo, secundum quod est instrumentum divine justitiae vindicantis: hoc enim divine justitiae ordo exigit, ut anima que peccando rebus corporalibus se subdit, eis etiam in poena subdatur. Instrumentum autem non solum agit in virtute proprie naturae, sed etiam in virtute principalis agentis; et ita non est inconveniens, si ille ignis, cum agat in vi principalis agentis, in spiritum agat hominis, vel daemoni, per modum etiam quo de sacramentis dictum est, quod animam sanctificant. — Sed istud etiam non videtur sufficere. Quia omne instrumentum in illud circa quod instrumentaliter operatur, habet propriam actionem sibi connaturalem, et non solum illam actionem secundum quam agit in virtute principalis agentis; immo, exercendo propriam actionem, oportet quod efficiat hanc secundam (y); sicut aqua lavando corpus in baptismio sanctificant animam, et serra secundum lignum perducit ad formam domus. Unde oportet dare igni aliquam actionem in animam, que sit connaturalis, ad hoc quod sit instrumentum divine justitiae peccata vindicantis. — Et ideo dicendum est quod corpus in spiritum naturaliter agere non potest, nec ei aliquo

modo obesse, vel ipsum gravare, nisi secundum quod aliquò modo unitur corpori: sic enim invenimus quod *corpus quod corruptitur, aggravat animam,* Sapientia, cap. 9 (v. 15). Spiritus autem unitur corpori dupliceiter. Uno modo, ut forma materie, ut ex ipsis fiat unum simpliciter; et sic spiritus unitur corpori, et vivificat corpus, et a corpore aliqualiter aggravatur; sic autem spiritus hominis vel diemonis igni corporeo non unitur. Alio modo, sicut movens mobili, vel sicut locatum loco, eo modo quo incorporalia (z) sunt in loco; et, secundum hoc, spiritus incorporei creati loco diffinuntur, ita existentes in uno loco, quod non in alio. Quamvis autem res corporea ex sua natura habeat quod spiritum incorporeum loco diffiniat, non tamen habet ex natura sua quod spiritum incorporeum loco diffinitum detineat, ut ita alligelat illi loco, quod ad alia divertere non possit; cum spiritus non sit in loco naturaliter, ita quod loco subdatur. Sed super hoc additur igni corporeo, inquantum est instrumentum divine justitiae vindicantis, quod sic detineat spiritum; et ita efficitur ei penalitatis retardans eum ab executione proprie voluntatis, ne scilicet possit operari ubi vult, et secundum quod vult. Et hunc modum ponit Gregorius, 4. *Dialogorum* (cap. 29). Exponens enim quomodo anima incendium experiendo patiatur, sic dicit: *Dum Veritas peccatorem divitem cruciari prohibet, quis sapiens animas reproborum teneri in ignibus negat?* Et hoc etiam Julianus (*Prognost.*, lib. 2, cap. 47) dixit, ut in littera Magister dicit: *Si viventis hominis spiritus incorporeus, tenetur in corpore, cur non etiam post mortem corporis igne tenetur?* Augustinus, 21. *de Cœitate Dei* (cap. 10) dicit quod, sicut anima in hominis conditione conjungitur corpori, ut dans ei vitam, quamvis illud sit spirituale, et hoc corpore; et ex illa coniunctione concepit vehementem amorem ad corpus; sic ligatur igni, ut accipiens ab eo penam, et ex illa coniunctione concepit horrorem. Oportet ergo omnes predictos modos colligere in unum, ut perfecte videatur quomodo anima ab igne corporeo patiatur; ut scilicet dicamus quod ignis secundum naturam suam habet quod spiritus incorporeus ei conjungi possit, ut loco locatum; sed inquantum est instrumentum divine justitiae, habet ut ipsum quoddammodo tenet alligatum; et in hoc veraciter ignis ille est spiritui noxius; et sic anima ignem ut nocivum sibi videns, ab igne cruciatur. Unde Gregorius, in 4. *Dialogorum*, omnia per ordinem tangit, ut ex premissis ejus auctoritatibus patet. » — *Hec ille.*

Similia dicit, *Quodlibeto* 2, art. 43. « Pati, inquit, multipliciter dicitur. Uno modo, pati communiter dictum idem est quod recipere, secundum quod sentire et intelligere est quoddam pati. Et hoc

(x) *desert.* — *differt* Pr.  
(y) *qui.* — *qua* Pr.  
(z) *secundam.* — *regulam* Pr.

modo anima conjuncta corpori patitur a rebus corporeis, sentiendo et intelligendo. Sed an separata a corpore possit hoc modo a rebus corporeis pati; alterius questionis est, propter quosdam qui dicunt quod anima separata a corpore, et etiam angelus, potest accipere cognitionem a rebus sensibiliibus. Sed, si etiam hæc opinio esset vera, tamen pati sentiendo, vel intelligendo, est perfici, non puniri; nisi forte per accidens, inquantum illud quod sentitur, vel intelligitur, repugnat voluntati; sed ipsum sentire, secundum se consideratum, pœnale non est. Alio modo dicitur pati proprie loquendo, secundum contrarie latem agentis ad patiens, prout scilicet pati dicimus, cum aliquid nobis adveniat, quod est contrarium naturæ vel voluntati nostre (a). Et, secundum hoc, infirmitas et tristitia passiones dicuntur. Et hæc quidem passio duplum est esse potest. Uno modo, per receptionem formæ contrariae: sicut aqua patitur ab igne, inquantum calefit, et, per consequens, diminuitur ejus qualitas naturalis. Et hoc modo anima separata non potest pati ab igne corporeo: quia nec calefieri potest, nec desiccari, nec secundum formam aut qualitatem quamcumque ignis corporei immutari. Alio modo dicitur pati omne illud quod quocumque modo impeditur a suo proprio impetu, vel inclinatione: sicut si dicamus lapidem descendenter pati, cum impeditur ne deorsum perveniat; et sicut dicimus hominem pati, cum definetur, vel ligatur, ne vadat quo vult. Et ita per modum alligationis cuiusdam anima patitur ab igne corporeo, ut Augustinus dicit, 21, *de Civitate Dei* (cap. 40). Non enim hoc est contra naturam spiritus corpori alligari, cum videamus omnem naturaliter alligari corpori ad vivificandum ipsum. Demones etiam per necromantiam potestate superiorum demonum alligantur aliquibus imaginibus, vel alijs rebus: unde multo magis possunt spiritus alligari divina virtute igni corporeo, non ut dicitur vitam, sed ut acipient pœnam, ut Augustinus (ibid.) dicit. Sed quia quod est minoris virtutis, non potest sua virtute ligare illud quod est majoris virtutis, inde est quod nullum corpus potest ligare spiritum, qui est majoris virtutis, nisi aliqua superiori virtute. Et, propter hoc, dicitur quod ignis corporeus agit in animam separatam non propriæ virtute, sed inquantum est instrumentum divinae justitiae vindicantis. » — Hæc ille.

Simile dicit, tertio *Quodlibeto*, art. 23; et 4, *Contra Gentiles*; cap. 90.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione: *Quidquid impeditur a suo proprio motu vel inclinatione di aliquo patitur ab illo.* Sed anima separata impeditur per ignem corporeum a sua propria inclinatione. Ergo, etc.

(a) nostra. — *Inest*. Pr.

**Tertia conclusio est quod privatio divinæ visionis est principialis pœna damnatorum.**

Hanc ponit sanctus Thomas, in multis locis. Nam, in quæstionibus *de Anima*, q. 21, sic dicit: « Maxima ergo afflictio damnatorum erit ex eo quod separabuntur a Deo; secunda vero ex hoc quod rebus corporalibus subdentur, et in insimo et abjectissimo loco includentur. » — Hæc ille.

Item, 3, *Contra Gentiles*, cap. 141: « De ratione pœnae, inquit, est quod sit malum contrarium voluntati. Malum autem est privatio boni. Unde oportet quod secundum differentiam et ordinem bonorum sit etiam differentia et ordo pœnarum. Est autem summum bonum hominis felicitas, quae est ultimus finis ejus. Quanto ergo aliquid est huic fini propinquus, tanto præeminet magis (a) hominis bonum. Huic autem propinquissimum est virtus, et si quid illud quod ad bonam operationem hominem perficiat, qua pervenitur ad beatitudinem; consequitur autem et debita dispositio rationis et virium subjectarum; post hoc autem, corporis incolumitas, quæ necessaria est ad expeditam operationem; denum autem ea que exterius sunt, quibus quasi adminiculantibus usinur ad virtutem. Erit ergo maxima pœna hominem a beatitudine excludi; post hanc autem, virtute privari, et perfectione quacumque naturalium virtutum anima ad bene agendum; debime autem, naturalium potentiarum anima ordinatio; post hoc autem, corporis documentum; denum autem, exteriorum bonorum sublatio. » — Hæc ille.

Et similia dicit in multis alijs locis.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione: Illa pœna est maxima pœna damnati, per quam privatur ultimo fine summe desiderato. Sed privari divinae visione et fruitione, est iniuriam. Ergo, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur.

## ARTICULUS II.

### RONUNTUR OBJECTIONES

#### § I. CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

**IV. Argumenta Durandi.** — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Durandus (dist. 43, q. 10). Et primo contra conclusionem in se. Et arguit

primus sic: Illud quod nihil reale abiecit, sed

(a) magis. — Om. Pr.

solum ponit illud quod est naturae conveniens, non affligit, nec inducit veram passionem, que sit vere afflictiva. Sed per spiritualem immutationem nihil reale abjectur, sed solum ponitur illud quod est naturae conveniens; quia talis receptio est perfectio sensuum. Ergo per talen immutationem nihil affligit, nec talis receptio est passio vere afflictiva. Utraque premissarum de se patet.

*Secundo* sic: Per illud quod est commune beatis et damnatis, non potest poni afflictio damnatorum. Sed spiritualis immutatio sensuum a sensibilibus, est communis beatis et damnatis. Ergo per illam non potest poni afflictio damnatorum. Major patet: quia, posita causa communis, ponitur effectus communis; et ideo, si causa afflictionis esset in beatis et damnatis, sequitur quod afflictio similiter esset eis communis; quod non est verum. Minor similiter patet de se: quia sensus beatorum immutabuntur simpliciter a sensibilibus, sicut sensus damnatorum, alioquin non cognoscerent sensibilia, quae damnati cognoscunt. — *Si autem* dicatur quod beati apprehendunt ignem, sed immutabuntur sicut damnati ab illo, non tamen apprehendunt ipsum, ut nocivum vel lesivum, quo modo damnati ipsum apprehendunt; — *Contra*. Quia: aut ille ignis erit in corporibus damnatorum lesivus; aut non. Si non, et tu dicas quod apprehendunt eum ut lesivum; ista apprehensio erit falsa; et sic non affligerentur secundum veritatem ab igne, sed solum ex sua falsa apprehensione seu estimatione, quod est inconveniens. Et iterum: unde inerit damnatis illa falsa estimatio, quod judicent illum agnem ut eis nocivum, si in veritate non sit eis nocivus? Non potest dici quod a Deo: quia Dei nulli immittit falsum iudicium sicut nec perversum appetitum. Nec ex scipsis: quia damnati post resurrectionem erunt aequi perfecti, seu perfectiores, sicut nunc (z) sunt; et ideo, sicut nunc possunt recte judicare de igne, utrum sit eis nocivus vel non, ita tunc poterunt, ut videtur. — *Et iterum*: Quidquid sit de aliis sensibilibus aliorum sensuum, et maxime visus, quod possint (6) immutare sensum intentionaliter, sine reali et naturali immutatione (quod tamen non omnes concedunt); sensibilia tamen tactus, et maxime calor (z), non videtur immutare sensum tactus nisi naturali immutatione (z), vel saltem non sine ea. Calor enim non cedetur in medio vel organo causare nisi calorem; vel, si causet aliquid aliud, non tamen sine calore. Propter quod non bene appareat quomodo calor ignis possit sensum tactus immutare spiritualiter, et non naturaliter. — *Si vero* ille ignis sit eis vere lesivus, habetur propositum, scilicet quod damnati affligerentur vera passione

naturali ab igne illata. Quod patet sic: Objectum tempore vel natura praecedit actum potentiae. Sed ignis, ut vere lesivus, immo ut actu laedens, est objectum actualis apprehensionis, vel actualis afflictionis sequentis in damnatis. Ergo prius tempore, vel saltem natura, ignis laedit corpora damnatorum, quam apprehendatur, et quam sequatur dolor in eis. Sed illa lesio, ex quo praecedit omnem immutationem spiritualem, non potest esse nisi per mutationem realem et naturalem. Quare, etc. Sic ergo patet quod dolor sensibilis, qualis ponitur in damnatis, non potest causari per solam immutationem spiritualem seu intentionalem. — *Et*, quod dicitur, quod sensibilia proportionata delectant, improportionata vero offendunt, dato quod non immutent immutatione naturali, ut colores et soni, — non valet. Quia, quamvis tristitia possit causari ex omnibus illis que nobis nolentibus accidunt, ut ostendit Augustinus, 14, de Civitate Dei (cap. 6 et 15), dolor tamen sensibilis, secundum eundem, non est nisi ex lesione carnis proveniens. Praedicta ergo sensibilia, quantumcumque improportionata, causare possent tristitiam seu displicantiam; sed dolorem sensibilem nihil potest causare, nisi quod corpus immutat realiter.

*Secundo* principaliter arguit contra probationem conclusionis, qua dicitur quod, quia cœlum per motum suum est primum alterans, ideo, cessante motu cœli, cessabit omnis alteratio.

*Primo* (z). Illud enim non potest teneri, saltem Parisiis, cum sit articulus cōdennatus. Dicit enim articulus, quod: *Dicere quod, cessante motu cœli, si ignis esset juxta stupram, non comburret illam;* — *Error;*

*Item*, illa ratio videtur repugnare positioni: quia primum alterans est causa omnis alterationis, et non cuiusdam tantum; si ergo per cessationem motus cœli, tanquam primi alterantis, cessent aliae alterationes, oportet dicere quod omnes cessent, et non quadam sic, et quedam (6) non; quod est contra eos qui dicunt quod cessabit actio naturalis, non autem intentionalis.

*Item*. Quia ista distinctio alterationum seu passionum est satis dubia. Quia omnis alteratio quam facit sensibile in medium (z) vel in sensum, videtur esse naturalis, et realis: naturalis quidem, quia est ex principiis naturalibus naturaliter agentibus; realis vero, quia per eam fit vera et realis forma in susceptivo, que habet totum suum esse circumscripta omni operatione animæ. Verum est quod immutatio talium sensibilium non corripit aliquid per se, sed solum illa que sunt a sensibilius tactus: quia consistentia corporis per se

(z) nunc. — ut Pr.

(6) possint. — possunt Pr.

(z) calor. — calor Pr.

(6) immutatione. — mutatione Pr.

(z) Primo. — Om. Pr.

(6) quedam sic, et quedam. — quidam sic, et quidam Pr.

(z) medium. — motum Pr.

dependet ex qualitatibus tangibilibus, et non ex aliis sensibilibus; ideo immutationes qualitatum tangibilium possunt per se pertinere ad corruptionem corporis, non autem illae que sunt ab aliis. Propter hoc tamen non debet dici quod immutatio que fit a qualitatibus tangibilibus, sit realis et naturalis, illa vero que fit ab aliis sensibilibus, non sit realis et naturalis, sed solum intentionalis: omnes enim sunt reales et naturales, et aequaliter dependent a primo alferante; et ideo, si immutatio aliorum sensibilium, puta colorum et soni potest ( $\alpha$ ) esse cessante motu cœli, eadem ratione poterit esse immutatio naturalis secundum qualitates tangibles.

Item. Nullo modo videtur quod cœlum, ratione sui motus localis, sit causa alicuius alterationis, nec illius que est ab illo immediate, nec ejuscumque alterius. **Primo:** Quia principium quo alterans alterat naturaliter, est aliqua qualitas alterantis, sive univoca cum termino alterationis, sive equivoca. Sed motus localis, non est aliqua qualitas corporis cœlestis, nec aliqua forma absoluta. Ergo non potest esse principium seu ratio alicuius alterationis. Major patet: quia sola forma potest esse principium quo aliquid agit; illa autem, respectu alterationis, non potest esse forma substantialis, ut patet per Aristotelem, *de Sensu et sensato*; nec quantitas, quia illa nullius actionis est principium, immo abstrahit ab omni actione ei passione; nec relatio, ut patet, 5. *Physicorum* (t. c. 40); relinquitur ergo quod sit aliqua qualitas. Et sic patet major. Minor de se manifesta est; et nihilominus habetur, 8. *Physicorum* (t. c. 59), ubi dicitur quod motus localis nihil varia in cœlo, sed ideo solus ille motus ei attribuitur.

**Secundo.** Quia impossibile est quod aliquid habens principium agendi aequo perfectum ut prius, et passum aequo dispositum ut prius, non possit agere sicut prius. Sed, cessante motu cœli, ignis remanebit ita calidus sicut prius; et stupra aequo disposita ut calescat sicut prius. Ergo, eis approximatis, necessario ignis comburet stupram sicut prius. Et, eodem modo, cum corpora damnatorum sint vere passibilia (carent enim doce impossibilitatis, quam habent corpora beatorum), poterunt vere calescere et immutari ab igne, sicut nunc immutantur. Cessatio ergo motus cœli non impedit veram et naturalem alterationem corporum: quia motus ejus ad illam non requiritur, quamvis requiratur ad alterationem generationis et corruptionis et aliarum mutationum, per hoc quod adducit alterans, scilicet solem et alia astra, respectu diversarum partium terræ, que sui praesentia agunt ubi prius non agebant, et propter sui absentiam non agunt ubi prius agebant. — Haec ille.

( $\alpha$ ) potest. — possunt Pr.

**II. Argumentum Scoti.** — Contra eamdem conclusionem arguit Scotus (dist. 48, q. 2), probando quod, cessante motu cœli, agentia inferiora possent agere. Quia non est ratio agendi ex parte cause particularis, nisi quia habet formam sufficienter activam, et passum sufficienter approximatum. Et si dicas quod cum hoc requiritur aliud agens universale, scilicet cœlum, — volo, non in quantum motum localiter: quia motus localis non est sibi ratio agendi in suo ordine; nihil enim facit motus localis, secundum Philosophum, 2. *de Generatione* (t. c. 55), nisi quod est adducens generans, hoc est, per ipsum sit approximatio agentis habentis virtutem activam propriam ad ipsum passum. Sed haec omnia, scilicet particolare agens, habens virtutem activam propriam ( $\alpha$ ), et approximatio ad ipsum, et ( $\beta$ ) habitudo sive aspectus ad corpus cœleste habens determinatam rationem causa superioris, possunt tunc ponи: quia corpus cœlestis quiescens habet eandem virtutem cause superioris ( $\gamma$ ) respectu cause inferioris supposita, quam haberet etiam si non ( $\delta$ ) quiesceret. Ergo requisita ad actionem essent tunc que nunc. — Haec ille.

**III. Argumenta Aureoli.** — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 44, q. 1, art. 4), probando quod organa sensuum damnatorum, puta tactus, calescent realiter.

**Primo.** Quia apprehensio excellentis calidi est quedam calesfactio, trahens medium harmoniae factus ad extreum. Sed ita erit in damnatis. Ergo, etc.

**Secundo** sic. Nam Scriptura dicit quod damnati mittentur in ignem, et ardebunt (Johan. 15, v. 6).

**Tertio.** Quia auctoritates Sanctorum, puta Augustini et Gregorii, idem sonant; nec distinguunt passionem intentionalem a reali.

**IV. Alia argumenta Aureoli.** — Secundo loco (ibid.) vult probare quod non possit esse in sensu passio intentionalis sine reali, quoniam passio intentionalis necessario ( $\epsilon$ ) est realis.

**Primo.** Nam, secundum Aristotelem, 2. *de Anima* (t. c. 423), excellens sensibile corrumperit sensum. Et hoc patet per experientiam, in visu, respectu intensissimi coloris; et in auditu, respectu excellentis soni. Sed impossibile est quod aliqua actio corrumperat sensum, nisi sit actio realis, ut cum apprehensione concurrat realis transmutatio.

( $\alpha$ ) a verbis *ad ipsum passum usque ad propriam*, om. Pr.

( $\beta$ ) et. — est Pr.

( $\gamma$ ) a verbis *possunt tunc ponи usque ad superioris*, om. Pr.

( $\delta$ ) *supposita, quam haberet etiam si non. — superposita, que omnia haberet etiam si Pr.*

( $\epsilon$ ) *necessario. — actio Pr.*

**Secundo.** Nam, 3. *de Anima* (t. c. 7), Philosophus dat differentiam inter sensum et intellectum: quia intellectus, post excellens intelligibile, fortius intelligit; e contrario autem est de sensu; nam auditus, post maximum sonum, minus audit; quod non esset nisi potentia auditiva transmutaretur realiter.

**Tertio.** Quia ad experientiam patet quod, post visionem intensam coloris viridis, remanet potentia visiva alterata adeo ut alia videantur sibi viridia; similiter, post maximum lumen, apparent omnia luminosa; quod non esset nisi apprehensio sensum esset cum reali transmutatione. Similiter idem patet quia ad sensationem odorum sunt (z) in sensu reales transmutationes; nam provocant et curant reuma. Non ergo operatio sensus est abstracta, sicut operatio intellectus.

**Quarto.** Quia dicit Philosophus, 2. *de Anima* (t. c. 140), quod visio est quedam coloratio; similiter auditio est quedam sonatio. Et ratio est: quia objectum sensibile actual et quodammodo transmutat sensum ad sui similitudinem realem.

**Quinto.** Quia organa sensuum existunt in quadam spoliatione a forma apprehendenda, in quadam medio inter extrema: visus enim est spoliatus ab excellenti colore et luminine; ideo ejus organum consistit in quadam diaphaneitate; et similiter tactus consistit in melietate qualitatum tangibilium receidente ab extremitate. Tale autem medium extreorum in quolibet organo sensuum vocat Aristoteles harmoniam. Tunc sic: Comprehensiones sensuum non sunt nisi mutationes mediorum. Sed hujusmodi mutationes mediorum sunt reales transmutationes. Ergo mutationes sensuum sunt passiones transmutativa. Et hinc est quod, magis facte abjeciunt a sensu, pro tanto quia sensibilia agentia secundum suas extremitates corrupti proportionem sensus, pro tanto quia trahunt eam a medio ad extremitatem. Nec Aristoteles intendit quod hujusmodi transmutationes sensuum sint generaliter salus et perfectio, nisi de mutatione sensus usque ad gradus qui proportionantur harmoniae organi, a qua, eam excent, trahunt medium ad extrema. Ideo comprehensio summe calidi in sensu tactus non est aliud quam calefactio. Similiter comprehensio excellentis coloris in visu est quedam coloratio, trahens medium ad extrema; et ideo abiecit a substantia: — Haec ille.

**V. Argumenta Henrici.** — Contra eandem conclusionem arguit Henriques, *Quodlibeto* 11, q. 8, dicens: Dicunt quidam, quod sola apprehensio sine immutatione reali potest causare dolorem, et maiorem quam si esset ibi realis immutatio; sicut erit in corporibus damnatorum, quia ignis non immutabit

(z) sunt. — sumit Pr.

corpora eorum comburendo, sed per speciem intentionalem calorum immutabit excessive, ad quam sequitur maximus dolor. Sed quomodo hoc possit fieri naturaliter, non video. Quia, si in tali immutatione nulla sit abjectio, nihil recipitur nisi sensibilitate secundum quod sensibile; hoc (z) autem non causat dolorem; sed delectationem; unde non affligeret ea, nisi supernaturaliter sensus perfectissimos. Si ergo oportet ponere corpora damnatorum vere affligi, nec sit ibi immutatio corruptiva, nec Deus immutat dolorem (quia tunc pro nihilo esset ibi ignis), tunc, si perciperetur corruptiva immutatio, ubi non est, deceptio esset, sicut est in doctoribus qui somniant se comburi. — Haec ille.

#### VI. Argumenta Bernardi de Ganfato.

Item Bernardus, ibidem, sic dicit:

**Primo.** Positio illa que ponit corpora damnatorum affligi per intentionalem immutationem, non naturalem vel realem, non est multum rationabilis: quia, licet apprehenderent illam immutationem intentionalem, tamen cum hoc scirent quod in nullo potest eis nocere; et ideo non apprehenderent dolorem.

**Item.** Illa immutatio intensionalis non fit ab igne nisi per immutationem naturalem: aliter non plus affligeret eos calor ignis praesentis quam absens; quia ex quo non immutat realiter, sufficeret quod calor esset imaginatus (ea enim quae imaginatur, frequenter plus movent quam ea quae in picturis videntur). Ille igitur (b) ignis non plus faceret in eis quam ignis pictus, qui rediret eis ad memoriam verum ignem, absque hoc quod aliquam realem immutationem faceret in eis, sicut aliqui dicunt quod, ignis verus nullam realem immutationem facit in eis. Hoc autem est idem dicere ac si negaretur illa afflictio fieri per verum ignem.

**Item.** Apprehendere (z) nocentum quod nullo modo nocere potest, est deceptio; et sic decepuntur damnati. Et ideo haec positio non est multum tenenda. — Haec ille.

#### § 2. — CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

**I. Argumenta Durandi.** — Contra secundam conclusionem arguit Durandus (dist. 44, q. 11), dicens quod haec opinio probabilis est, ponendo quod anima separata, vel angelus, sit in loco per essentiam suam: quia tunc potest virtute divina detineri in loco, ne moveatur ad alium ad quem vellet. Non tamen bene apparuit quomodo virtus detentiva sit in ingle. Hoc tamen non obstante, posset dici quod dicitur detineri ab igne, quia definitur in ingle, et sic ab eo patitur, eo modo quo

(z) hoc. — si Pr.

(b) igitur. — autem Pr.

(z) Apprehendere. — apprehenderent Pr.

desiderans mortem, et fastidiens vitam, dicit quod anima patitur a suo corpore in quo detinetur. — Et nihilominus grave videtur aliquibus quod iste sit totus modus quo anima vel daemones patiuntur. Quia, secundum hunc modum, aequaliter pateretur anima, vel daemon, si detineretur in pulcherrima camera et optime ornata, sicut patitur ab igne: quia non ponitur pati, nisi quatenus detinetur. Hoc autem non reputatur adeo poenale communiter, seu grave, sicut praedicamus esse gravem penam damnatorum hominum vel daemonum. — Et confirmatur: Quia, sicut animae damnatorum detinentur in inferno, sic animae pnerorum decadentium in solo originali in limbo. Si ergo sola detentio est afflictio, sequitur quod animae decadentium in originali, tantum affliguntur quantum demones et animae damnatorum; quod non videtur conveniens.

Si vero spiritus ponatur esse in loco per operationem, tunc non bene appareat qualiter patiatur a loco per detentionem. Quia operationum quedam manent in agente, ut intelligere et velle; et per istas non potest spiritus esse magis in loco quam per essentiam. — Aliae vero sunt, que transeunt in materiam exteriorem; et per has solas potest competere spiritum esse in loco, quatenus movet vel facit aliquid circa locum ( $\alpha$ ), vel circa corpus existens in loco. Haec autem operatio, licet possit convenire angelis, non tamen potest convenire animabus separatis: quia anima separata nec movet ad formam (quod est commune sibi et angelis); nec potest movere aliquod corpus ad locum; quia, cum habeat determinatum mobile, scilicet corpus, cui unitur ut forma, mediante quo movet quidquid movet, separata ab eo nihil aliud potest movere. Si ergo spiritus non sit in loco nisi per operationem, et nullam talem potest habere anima separata, sequitur quod ipsa non sit in loco, et per consequens quod ibi non detineatur, nec per detentionem affligatur.

Item, probatur de anima et angelis simul, esto quod utriusque convenienter operari circa locum, quod non affligantur per detentionem in loco. Quia, si esse in loco est operari in loco, esse seu detineri violenter in loco est operari in loco violenter, vel contra voluntatem. Sed illud non potest competere animae separatae, vel angelo. Ergo, etc. Major de se patet. Minor probatur. Quia magis potest homo cogi ad operandum quam angelus, vel anima separata. Sed homo non potest cogi coactione simpliciter dicta ad operandum ea quae dependent ex libero arbitrio, quamvis possit impediri ne faciat quod vellet facere: nam, si per violentiam manus alicuius hominis applicetur ad percutiendum alium, talis non percussit active, quia principium activum operationis non est in illo, sed mere passivum. Et multo magis videtur quod anima separata, vel angelus, non pos-

sit cogi ad aliquam actionem dependentem a libero arbitrio. Talis autem est omnis actio quam habet vel habere potest anima separata, vel angelus, circa locum. Quare, si esse in loco est operari in loco, et detineri in loco est operari in loco violenter, patet quod nec angelus nec anima separata possunt violenter detineri in loco, nec per consequens affligi per violentiam detentionem.

Si vero dicatur quod non sunt in loco, nec detinentur in loco per actionem suam in locum, sed potius per actionem quam recipiunt a loco; — Contra. Detineri a loco supponit esse in loco. Si ergo spiritus in loco est per detentionem in loco, sequitur quod passio in loco supponit esse in loco. Sed posteriorius presupponens suum prius, non est causa ejus. Ergo pati ( $\alpha$ ) a loco non est ratio animae, vel angelo, quod sit in loco. — Haec ille, in forma.

**II. Argumenta Henrici.** — Contra eamdem arguit Henricus, 8. *Quodlibeto*, q. 34, dicens: Quidam dicunt quod spiritus alligatur igni, et non potest separari, et impeditur ab agendo quae agere cupit, et in hoc summe affligitur. Sed hoc modo non pateretur ( $\beta$ ) ab igne inferente passionem, nisi occasionaliter; sed ipse in se hujusmodi dolorem excitaret ( $\gamma$ ), sicut cor hominis excitaret passionem iracundie ad presentiam repugnantis. — Secundo, dicunt alii, quod patitur ab igne, non ut est natura inflictiva, sed ut est instrumentum divinae justitiae. Sed sic non plus pateretur ab igne, in quantum est calidus, quam ab aere. Ideo dicendum est quod ignis affligit spiritum, in quantum calidus, et eodem genere afflictivum quo affligit sensum.

### § 3. — CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

**Argumenta Aureoli.** — Contra tertiam conclusionem arguit Aureolus (dist. 46, q. 4, art. 1), probando quod miseria damnatorum principalius, formalius et essentialius consistat in displicentia de Deo aeternis, quam in earentia divinae visionis, vel in afflictione penalii.

**Primo sic.** In illo actu consistit infelicitas damnatorum, qui est summum malum illorum. Patef: quoniam, sicut felicitas est summum bonum formale beatorum, sic infelicitas damnatorum est summum malum formale illorum; et, sicut felicitas beatorum consistit in summo bono essentialiter, sic infelicitas damnatorum in summo eorum malo. Sed malignari in divinitate, sive displicere de divinitate (quod idem est), est summe malum formale damnatorum; et maius quam non videre divinitatem. Probatur: quia non videre divinitatem, ut sic, non habet

( $\alpha$ ) pati. — patet quod Pr.

( $\beta$ ) pateretur. — patitur Pr.

( $\gamma$ ) excitaret. — excitari Pr.

rationem detestabilis et culpe. Et formatur (α) sic ratio : Illud quod habet majorem rationem detestabilis et fugibilis, habet majorem rationem mali ad potentiam cui inest. Sed displicere de divinitate habet rationem detestabilis et fugibilis plus incomparabiliter quam non videre Deum : quia non videre Deum est tantummodo malum non videnti; sed displicere et odium illud sunt actus, qui, quantum est de se, privarent divinitatem, si possent; omnis enim qui odit alium, quantum est de se, vellet illum non esse ; et ideo odire divinitatem est velle non esse divinitatem.

Confirmatur hoc ex definitione felicitatis, quam ponit Aristoteles, 1. *Ethicorum* (cap. 7 et 8), dicens quod est operatio hominis secundum maximum bonum ejus in vita perfecta. Ergo, per oppositum, infelicitas est operatio secundum maximum malum hominis in vita imperfectissima. Sed nulla est operatio quae consistat in tanta detestabilitate et habituali malo, quam illa quae est abominatio et displicentia divinitatis. Ergo, etc.

Secundo sic : Beatitudo et infelicitas opponuntur. Tunc sic : Major est oppositio inter actus contrarios positive, quam inter actum et privationem ejus. Et ideo majus malum est illud quod opponitur bono contrario, quam illud quod opponitur privative tantummodo. Patet enim quod pejus (ε) est injuste agere, quam solum non agere juste privative. Sic ergo, cum infelicitas consistit in malo maxime opposito beatitudini, oportet quod consistat in actu opposto contrario; non in (γ) actu opposito privative. Sed beatitudo consistit in actu visionis, secundum aliquos; vel, secundum alios, et melius, in ultimata complacentia divinitatis, quae est delectatio quedam ultimata de Deo viso. Oppositum autem visionis nullum est nisi oppositum privative, puta non videre; oppositum autem complacentie contrarie, est ipsa displicentia. Ergo in illa maxime consistit infelicitas.

Tertio sic : Beatitudo consistit in quietatione ultimi finis. Ergo, per oppositum, infelicitas consistit in inquietatione ultimi finis. Sed inquietatio in divinitate non est aliud quam displicentia de illa. Probatur : quia, per oppositum, quietatio est summa complacentia in illa. Ergo infelicitas damnatorum consistit in quadam displicentia ultimi finis, et per consequens divinitatis. Ista autem displicentia non est aliud quam odire Deum, et displicere in eo. — Hæc Aureolus.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

(α) *Et formatur.* — *ut formetur* Pr.

(β) *pejus.* — *prius* Pr.

(γ) *in.* — *Om.* Pr.

### ARTICULUS III.

#### PONUNTUR SOLUTIONES

##### § 1. — AD ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem

*Ad primum* eorum quae Durandus primo loco objicit contra primam conclusionem, dicitur, negando minorem. Quia non omnis spiritualis vel intentionalis immutatio sensum est conveniens naturæ animalis, nec ipsi sensui; immo aliqua est disconveniens tam sensui exteriori quam interiori, ut patet de visione extremonrum colorum in excessu, et de auditione disproportionatorum sonorum. Unde Petrus de Palude (dist. 44, q. 6), ad dicta Durandi respondens, sic dicit : « Si quis vult sustinere primam opinionem, potest sic arguere contra secundam, quae ponit corpora afflignenda per passionem naturæ, non animæ, Deo corruptionem (α) impeditente. Quia calor immissus, aut differt specie a calore naturali, aut non. Si differt specie, non sentitur a sensu ejusdem rationis; sicut a visu non perciperetur gloria claritas, si differret (ε) a luce communii. Si autem sensus illum calorem non perciperet, nec appetitus doleret (γ). Si autem sit ejusdem speciei cum calore communii, per consequens est ejusdem speciei cum calore mixti et naturalis corporis humani: nam sicut gravitas quam trahit corpus humanum, est ejusdem speciei cum gravitate elementorum gravium, a quorum predominio secundum quantitatem eam trahit; sic et calor quem trahit ab elementis levibus predominantibus secundum virtutem, est ejusdem speciei cum ipsis. Duo autem accidentia ejusdem speciei non sunt in eodem subjecto : aut calor febrilis non est aliud numero cum calore naturali, cum sit idem specie, quia eodem sensu percipitur, et est in eodem subjecto; unde febrilis calor non est aliud quam calor naturalis in naturaliter et immoderate (δ) et in proportionabiliter intensus. Similiter, quando haereticus comburitur, non est aliud calor quam corporis intensus, cum qualibet pars mixti sit mixta, et per consequens calida. Sicut, si tepidum calefiat, non est caloris immissio, sed intensio, supposito quod tepiditas sit ejusdem speciei cum calore. Hoc autem est inconveniens ponere in corpore damnati, scilicet quod habeat febrem continuam; et quod naturalis calor eorum ponatur extra naturam suam, in qui-

(α) *corruptionem.* — *ordinem* Pr.

(β) *differret.* — *differt* Pr.

(γ) *doleret.* — *deleret* Pr.

(δ) *immoderate.* — *immediate* Pr.

bus naturalia debent manere integra, et sicut membra, ita et quatuor humores in debita proportione perpetuo conservari. Tenendo autem istam opinionem, potest responderi ad quinque rationes factas contra conclusionem. — *Ad primam*, qua dicitur quod passio que non afficit, sed perficit, non afflit, etc., — Solutio: Verum est per se, vel de se; sed ratione sue cause, sic. Quia, posita causa immediata, ponitur effectus, etiam sublata causa remota: sicut, manente luce in luna, annihiato sole, ipsa illuminaret aerem. Ignis autem, mediante calore impresso, causat sensationem; et illa immediate causat dolorem, quando est calor immoderatus. Supposito ergo quod calor impressus desit, si tamen adsit illa sensatio quam solet causare calor immoderatus, sequitur idem effectus: sicut sol solet illuminando calefacere, et calefaciendo generat; sicut ergo profundum terge non illuminat, quia opacum non est illuminabile, illud tamen calefacit, et calefaciendo generat mineralia in visceribus terre; ita calor ignis, qui calefaciendo solet sensum immutare, et per hoc appetitum contristare, si non calefaciat, sed immediate sensationem faciat, aequaliter affliget. Quod autem afflictio immediate causatur a sensatione, et non calefactione, appareat: quia appetitus animalis a nullo movetur, nisi mediante apprehensione. Et quod Deus potest facere sensationem sine calefactione, probabitur in solutione quinti argumenti. Sed quod ignis hoc possit virtute divina, appareat: quia utrumque est in virtute ignis, licet ordine quodam; unde, sicut, sublata dispositione subjecti precedente per lucem solis, sol facit secundum effectum et tertium sine primo aequaliter, generando mineralia in visceribus terra, pari modo, divina virtute vel ordinatione impidente primum effectum ignis, qui est calefacere, nihilominus habebit secundum, qui est sensum immutare, et tertium, qui est dolor appetitus. » — Haec Petrus, et bene, prater hoc quod videtur tenere cum Durando, quod omnis sensatio perficit sensum, qualcumque sit; quod sanctus Thomas negat. Ubi sciendum quod species rei sensibilis, vel ipsa sensatio, potest comparari ad sensum duplicitate, secundum duo quae sunt in sensu, scilicet ipsa potentia sensitiva, et organum ejus. Quoad primum, omnis sensatio perficit sensum; non autem quoad secundum, quia organum sensus per sensationem objectorum disconvenientium non perficitur, sed imperficitur et affligitur.

*Ad secundum* respondet Petrus (ibid.), quod, « cum dicatur quod commune damnatis et beatis non est causa afflictionis damnatis, — verum est; nisi per aliquid adjunctum vel amotum ex altera parte. Potest enim effectus aliquius cause impediri duplicitate: uno modo, propter agens contrarium; alio modo, propter dispositionem contrariam. Unde ignis qui combussit Chaldaeos, non combussit pue-

ros, sed eorum vincula; et contristavit Chaldaeos, et latificavit pueros. Hoc autem non fuit (2) quia non esset calor ejusdem rationis, vel quia non fuerit perceptio caloris hinc et inde; sed quia natura ignis, quae est comburere (6), fuit impedita, in pueris a Deo, non autem in ministris regis propter eorum saevitiam, in illis propter eorum innocentiam. Ita et hic, corpus beatum positum in igne non minus sentiret calorem ignis tactui immoderatum quam corpus damnati; sed tamen non sequeretur afflictio in justo, Deo impidente, propter ejus innocentiam, quae sequeretur in altero propter suam naturam, Deo non impidente, sed permittente, propter culpam. Secundo modo, per contrariam dispositionem, sicut ad calefactionem cerei sequitur rarefactio, quia natura calefactionis est rarefacere subjectum non contrario modo dispositum; sed in ovo non sequitur rarefactio, sed condensatio, propter contrariam dispositionem. Ita et in damnatis, sensationem immoderati caloris sequitur naturaliter afflictio, quia non est ibi dos impassibilitatis, que impedit formaliter; sed non sic in beatis, propter dotem impudentem. » — Haec ille, et bene, et conformiter dictis sancti Thome, 4. *Contra Gentiles*, cap. 89, ubi sic dicit: « Quia damnatorum corpora quantum ad alias conditiones non erunt animae totaliter subjecta, affligerunt secundum sensum a contrarietate sensibilium, » ut supra (7) allegatum est. Item, cap. 86: « Corpus perfectum per animam frumentum Deo, immune erit ab omni malo, et quantum ad actum, et quantum ad potentiam. Quantum ad actum quidem, quia nulla in eis erit corruptio, nulla deformitas, nullus defectus. Quantum ad potentiam vero, quia non poterunt pati aliquid quod sit eis molestum, et propter hoc impassibilita erunt. Quae tamen impassibilitas non excludit ab eis passionem quae est de ratione sensus: intentur enim sensibus ad delectationem, secundum illa quae statui incorruptionis non repugnant. » — Haec ille. — Ex quibus patet quod, licet immutatio spiritualis sensus tactus sit communis beatis et damnatis, tamen beatos non affligit, quia corpora eorum perfecte erunt subjecta animae; affligit autem damnatos, ratione opposita.

*Ad tertium* respondet Petrus (ibid.), quod, « cum dicatur quod apprehendent vere vel false, etc., — hoc potest solvi duplicitate. Primo, quod non propter diversimode apprehendere, sed propter diversimode recipere: nam corpus beatum recipit sensationem non ut lesivam, sed ut latificativam, Deo impidente, vel dispositione sibi inharente; corpus vero damnati ut lesivam, Deo non impidente, nec dote qua caret, ita quod prius est afflictio et lesio,

(2) fuit. — fit Pr.

(6) quae est comburere. — est comburere, quae Pr.

(7) Cfr. art. I, concl. I.

quam apprehendatur. Vel potest dici secundo, quod *beatus*, si poneret manum in igne, judicaret ignem *kesivum* aptitudine, non autem *kedentem* in actu; et sic nec timet, nec dolet; scit enim quod non *kedit*, nec *kedet*, propter alteram de dictis causis, vel utramque. Tactus autem damnati percipit calor em ignis conjunctum, non sibi impressum; et judicat quod *kedit* et *kedet* ipsum semper in futur um; et ideo semper horret et timet respectu futuri. Item, ad istam sensationem sequitur posterius natura, sed simul tempore, afflictio vel dolor. Tertio, apprehenditur ut *kedens* actu, vel *kesionem* illam veram. Et sic non est falsum *judicium*. Nec *objectum* est post actum, sed ante: sicut etiam prius dolet homo quam percipiat se dolere; non tamen prius dolet quam percipiat naturaliter illud quod est causa doloris; in quo tamen non oportet quod *judicet* ipsum esse causam doloris, quousque exper iatur. » — Haec ille.

Sed ista solutio et praecedentes non videntur assignare modum quo ignis ille sit realiter *kesivus*, vel actu *kedens* corpus damnati plus quam corpus beati, si tangeret illum ignem. Queritur enim, quae sit ista *kesio corporalis*? Aut est *sensus ignis*, aut *sensatio ab illa causata*, aut dolor *sensationem consequens*, aut aliquid consequens dolorum, et aliquid praecedens. Non potest dici quod sit *sensus ignis*, aut *sensatio*: quia illa duo recipi possunt in sensu *heatorum*, in quibus tamen *kesio recipi* non potest. Nec potest dici quod illa *kesio* sit dolor: quia *objectum doloris sensibilis* non est idem quod dolor; *kesio* autem est *objectum doloris sensibilis*, ut ostendit sanctus Thomas, 4<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>, q. 35, art. 1; et 3 p., q. 45, art. 5; et multis aliis locis. Similiter nec potest dici quod sit aliquid consequens dolorum: quia *objectum praeditum* actu natura, vel tempore. Si autem dicatur quod sit aliquid praecedens dolorum, iste non assignat quod sit in corpore damnati. Ideo dicendum videtur quod *kesio corporis*, que est *objectum et causa doloris sensibilis* ipsius damnati, est aliquid prius natura, praecedens illum dolorem, quod sic est proprium damnati, quod non convenit beato, nec convenire potest. Hoe autem videtur esse coacta detinio ab illo igne, et coacta *sensatio illius*, impediens libertatem sentiendi alia delectabilia, et essendi quo vellet, et coacta conjunctio cum *objecto tam inconvenienti organo tactus*, violentans virtutes apprehensivas et appetitivas et motivas ipsius damnati, sicut postea latius exprimitur. Hanc eni compariationem habet ille ignis ad corpus damnati, quam non potest habere ad corpus beati.

*Ad quartum* respondet Petrus (ibid.), dicens: « Cum dicitur quod tactus non est sine naturali mutatione, etc.; — dicendum quod ista ratio est contra arguentem, quia *tunc* *sensus corporis glorificati* non perciperet ignem, a quo non potest calefieri. Unde dicendum quod omnis *sensatio fit per*

immutationem intentionalem per se et formaliter, etiam in sensu tactus: quia manifestum est, quidquid sit de specie caloris, quod sentire calorem non est calefieri. Sed quidam *sensus cum immutatione spirituali* habent etiam naturalem et substantialem; vel praecedentem, sicut *olfactus*; quia odor non defertur ad organum nisi cum quadam fumali evaporatione; vel sequentem, sicut *gustabile per nutritivam* corrumperit, sed prius (2) gustatur. *Auditus* vero cum motu locali immutatur a sono, quem tamen aliquando deserit, et ubi cessat motus localis, species soni ultra transit, sicut species odoris ultra evaporationem; ut Commentator dicit (2. *de Anima*, t. c. 97) factorem *cadaverum vultures* ultra mare sensisse, usque ad quem locum non polrit quocumque resolutio se extendere. Similiter multi dicunt corpora sanctorum sine resolutione odoranda, per solam (6) spirituali mutationem. Ita etiam hic: quamvis per naturam calor non immutet factum sine calefactione sensibili; supernaturaliter autem sic; immo quandoque naturaliter (7). Sicut enim, cesse ante posteriori, quandoque durat prius, sic quandoque durat posterior in actionibus et effectibus, priore sublatu: sicut cursus naturae est, primo nutritri, secundo augeri, tertio generare; naturale autem est quod, cessantibus duobus ultimis, manet primum; sicut animalia semper nutrituntur; non autem semper augmentur; sed quandoque, postquam deficit augmentum (quod est secundum) potest esse generatio. Sic et hic: calor potest ad sentiendum immutare, quando non potest aliquid caleficere. » — Haec Petrus, et bene, et concorditer sancto Thome, presenti distinctione, q. 2, art. 1, in solutione tertie questionis, ubi sic dicit: « Organum sentiendi immutatur a rebus que sunt extra animam, duplicitate. Uno modo, immutatione naturali, quando scilicet organum disponitur eadem qualitate naturali qua disponitur res que agit in ipsum: sicut cum manus sit calida et adusta ex tactu rei calidie, vel odorifera ex tactu rei odoriferae. Alio modo, immutatione spirituali, quando recipitur qualitas sensibilis in instrumento secundum esse spirituale, id est species sive ipsa intentio qualitatis; et non ipsa qualitas; sicut pupilla recipit speciem albedinis, et tamen ipsa non efficitur alba. Prima ergo receptio non causal *sensationem*; per se loquendo: quia *sensus est susceptivus specierum sine materia*, vel praeter materiam, id est, praeter esse materiales quod habebat extra animam, ut dicitur, 2. *de Anima* (t. c. 121). Et haec receptio immutat naturam patientis, quia recipitur qualitas hoc modo secundum esse materiales. Unde ista receptio non erit in corporibus gloriis; sed secunda, que per se facit sensum in

(2) corrumperit, sed prius. — corpori, et postea Pr.

(6) solam. — solum Pr.

(7) supernaturaliter autem sic; immo quandoque naturaliter. — secus est hic per divinam potentiam Pr.

actu, et non immutat naturam recipientis. » — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit: « Passivum recipit actionem agentis secundum modum suum. Si ergo aliquid sit, quod natum sit immutari ab aetivo, naturali et spirituali immutatione, immutatio naturalis precedet immutationem spiritualem, sicut esse naturale precedit esse intentionale. Si autem natum sit immutari tantum spiritualiter, non oportet quod immutetur naturaliter: sicut patet de aere, qui non est receptivus coloris secundum esse naturale, sed solum secundum esse spirituale; et ideo hoc solum modo immutatur; sicut e converso corpora inanimata immutantur per qualitates sensibiles solum materialiter, et non spiritualiter. In corporibus autem gloriis non poterit esse aliqua immutatio naturalis. Et ideo erit ibi spiritualis immutatio tantum. » — Hæc ille. — Item, q<sup>a</sup> 4, in solutione primi, sic dicit: « Qualitates quas tactus percipit, sunt illæ ex quibus constituitur corpus animalis. Per qualitates autem tangibles corpus animalis, secundum statum praesentem, natum est immutari immutatione naturali et spirituali ab objecto tactus. Et ideo tactus dicitur maxime materialis inter alios sensus, quia plus habet de materiali immutatione adjunctum. Non tamen materialis immutatio se habet ad actum sentiendi qui perficitur immutatione spirituali, nisi per accidens. Et ideo in corporibus gloriis, a quibus impassibilitas excludit naturalem immutationem; erit immutatio a qualitatibus tangibilibus spiritualis tantum, sicut et in corpore Adæ fuit, quod nec ignis urere, nec gladius scindere potuisset, et tamen horum sensum habuisset. » — Hæc ille. — Similia dicit de corporibus damnatorum, praesenti distinctione, q. 3, art. 1, q<sup>a</sup> 3, per totum.

*Ad quintum* respondet Petrus (ibid.), dicens quod, « cum dicitur quod dolor sensibilis non est nisi (z) ex lesionē carnis proveniens, — verum est, secundum cursus nature. Sed Deus potest aliter facere. Quia lesio carnis, que est calefactio, non est causa formalis doloris sensibili<sup>s</sup>: cum dolor sensibilis non possit esse nisi in appetitu, calor autem est in elemento et mixto et in anima; ergo dolor non est effectus formalis ejus, qui nunquam potest subtrahi a sua causa: ubicumque enim est calor, ibi est calore, licet non ubicumque est sit calefacere, vel huiusmodi, que sunt effectus differentes et non formales. Item, non est causa materialis, quasi appetitus non sit natus informari dolore, nisi disponatur per calefacere. Quia proprium susceptibile non recipitur mediante extraneo et communis; unde, cum proprium susceptivum visionis (y) sit potentia visiva, commune autem (z) species que est in aere sicut in oculo, male dicitur quod species

(z) nisi. — in se Pr.

(y) visionis. — voluntatis Pr.

(z) commune autem. — communis igitur Pr.

disponat oculum passive et receptive ad visionem, sicut lux disponit ad speciem et passive et receptive, secundum quosdam, quamvis alii hoc negent (z). Et similiter, si (6) in organo tactus recipiatur calor, non est dispositio passiva ad recipiendum dolorem, maxime cum cognitio cadat media, et quia ille calor non est nova qualitas (y) addita, sed naturalis intensa. Deus autem potest facere effectum sine causa non formalis nec materiali. Ideo virtute Dei potest esse dolor sensibilis sine alia lesionē carnis. » — Hæc Petrus; et bene; praeter hoc quod ponit ignem inferni in nullo credere corpus damnati, vel, si ponat lesionem, non assignat que sit illa. Verum est (z) enim quod ille ignis non calefacit corpus damnati, nec aliquam ejus formam substantiali aut accidentalem corruptit aut intendit aut remittit, nec aliquam novam qualitatem habentem esse naturale imprimit; sed alio modo potest ei nocere, et illud credere, modo supradicto. Oportet enim dicere quod aliquid vel alio modo ageret in sensum damnati, quod vel quo modo non ageret in sensum beati; et hoc, sive in virtute propria, sive ut est instrumentum divine justitiae vindicantis.

Sciendum est quod, cum dicit Durandus, quod sensatio excellentissimorum (x) sensibilium, si sit sine corporali lesionē, non causat dolorem sensibilem, sed tristitiam interiorē, etc.; — ad hoc dici potest, primo, quod ignis inferni, dato quod in virtute propria non posset immediate causare talen dolorem, nisi prius natura noceret corpori, vel kederet illud aliquo modo; tamen, per virtutem sibi a Deo influxam, posset immediate talen dolorem causare, non prius causando aliquam lesionem in corpore, sed solam sensationem sui, ut dicit Petrus, et bene. — Dicitur secundo, quod ille ignis, et si virtute propria non posset causare in damnato dolorem sensibilem immediate sine corporali lesionē proprie dicta, posset tamen mediate talen dolorem causare, presupposita violenta detentio spiritus in illo: ut sit talis ordo in pœnis, quod ille ignis primo causat damnatio conflagrationem et defensionem; secundo, ex hac sensatione, simul cum aliqua interiori perceptione huius monumenti, sequitur tristitia interior; tertio, ex hac interiori tristitia redundat in sensualitate dolor sensibilis, per modum quo in alio proposito ostendit sanctus Thomas, 4. Sentent., dist. 47, q. 2, art. 3, in solutione primæ quaestione, ubi sic dicit: « In contritione est duplex dolor. Unus in ipsa voluntate, qui

(x) ad visionem, sicut lux disponit ad speciem et passive et receptive, secundum quosdam, quamvis alii hoc negent. — secundum quosdam, quamvis alii hoc negent, passive ad visionem, sicut lux disponit ad speciem Pr.

(6) si. — Om. Pr.

(y) qualitas: — validitas Pr.

(z) est. — Om. Pr.

(t) excellentissimorum. — excellentissimum Pr.

est essentialiter ipsa contritio, quae nihil aliud est quam displicentia peccati praeteriti. Alius dolor est in parte sensitiva, qui causatur ex primo dolore, vel ex necessitate nature, secundum quod vires inferiores sequuntur motum superioris; vel ex electione, secundum quod homo penitens in seipso hunc dolorem excitat, ut de peccatis doleat. Et neutro modo oportet quod dolor iste secundus sit maximus; quia vires inferiores vehementius moventur ab objectis propriis quam ex redundantia superiorum virium; et ideo major dolor est in sensitiva parte ex lesione sensibili, quam sit ille qui in ipsa redundat ex ratione, etc. » — Haec ille. — Item, 4. *Sentent.*, dist. 50, q. 2, art. 3, q<sup>ta</sup> 2, in solutione primi, sic dicit: « Potest dici quod per verum spiritualem caro affligitur, secundum quod passiones anime redundant in corpus, et hic, et in futuro. » — Haec ille. — Ex quibus patet quod ex tristitia interiori quandoque redundat dolor sensibilis in parte sensitiva sine lesione corporali. Et hoc manifeste experitur quilibet in seipso: quia ex interiori tristitia vehementi quilibet interdum non solum sensibiliter dolet, immo flet, et quandoque moritur. — Dicitur tertio, quod ille ignis laedit aliquo modo corpora damnatorum. Iaesis enim corporalis duplice modo sumi potest. Uno modo, pro solutione continuitatis, vel corruptione, vel alteratione aliqua naturali, vel passione affectiva alienus convenientis; et hoc modo ille ignis non laedit corpora, nec sensus corporeos damnatorum, ut sepe dictum est. Alio modo, pro immissione alienus qualitatis, aut forme, vel sensationis, vel alterius qualemque modo inconvenientis corpori aut organis sensuum. Et hoc modo ignis inferni laedit corpora damnatorum: cum ejus dispositio sit improportionata et inconvenientis organo visus et olfactus et tactus, auditus et gustus; unde istae sensations statim laident corpora damnatorum, modo predicto. Et ideo non est inconveniens si statim et immediate, concurrente tamen aliqua sensatione interiori, qua judicatur malus et inconvenientis corpori, causat dolorem sensibilem exteriorem et interiorem in damnato. Dolor enim, cum sit passio appetitus sensitivi, presupponit estimationem mali. Talem autem estimationem non habet sensus exterior, nisi concurrente sensu interiori; nisi ponemus aliquam delectationem naturalem et dolorem naturalem in sensibus (2), non presupponit estimationem boni vel mali in eodem supposito, sed intelligentiam (6) que mouet naturam, sicut dicunt aliqui philosophi et medici, ponentes sensum quemadmodum, qui dicitur sensus naturae. Verumtamen talis amor naturalis, vel appetitus, aut delectatio, aut dolor naturalis, in sensibus subjective existens, non

videtur esse actus elictus, sed quedam habitudo sensus ad objectum conveniens vel disconveniens. Et de tali dolore non loquimur in proposito; sed de dolore qui est passio, et motus absolutus, distinctus a sensatione. Et talis dolor est in appetitu sensitivo, vel intellectivo. Sufficit attem in proposito, quod ignis inferni laedit corpora damnatorum multipliciter: utputa improportionabiliter, disconvenienter movendo; et detinendo, et impediendo potentias apprehensivas et appetitivas et motivas organicas et corpori affixas; et hoc sufficit ad causandum immediate dolorem sensibilem exteriorem.

Ad argumenta Durandi secundo loco inducta contra eandem conclusionem, respondeat Petrus (dist. 44, q. 6).

Et ad primum; quod fundatur in articulo Parisiensi, dicit sic: « Ad articulum, dici potest quod error est dicere quod, cessante motu celi, ignis non combureret stuprari, etiam virtute divina; quasi ignis aliquid possit in virtute motus celi, quod non possit in virtute Dei. Et sic intendebant illi quod, contra articulum de igne inferni, probabant quod, cessante motu celi, ignis nullo modo posset affligere damnatos. Sed dicere quod ignis non possit hoc per naturam suam, non est errorneum, sicut nec dicere virginem non posse parere per naturam suam; dum tamen non dicatur (2), nec etiam per virtutem divinam; quia etiam non judicatur errorneum quod aliqui dicunt, nullam creaturam posse aliquem effectum producere, sed Deum omnia agere, et creaturam esse solum causam sine qua non vult Deus agere, et non causam agentem vel causalem esse, sed solum transiuntantem, ut Avicenna, ponens omnes formas ad extrinsecos. » — Haec Petrus; et bene; quia etiam opinio Hugonis de Sancto Victore, primo libro de Scripturis, part. 6, cap. 5<sup>th</sup>, non reputatur error, qui ponit sex opera, quorum quartu[m] dicit esse soli Deo possibilia, et duo (6) sunt possibilia creature, scilicet conjuncta disjungere, vel separata conjungere; ubi etiam dicit, omne opus creaturæ nihil esse. Ideoque ille articulus sane intelligens est.

Ad secundum respondet Petrus (ibid.), dicens quod, « cum dicitur quod, cessante prima causa omnis affectationis, cessat omnis alteratio, sicut, cessante actione Dei, cessaret omnis actio, etc. » — Solutio: Ceterum est primum agens respectu omnis actionis corporearum; sed differenter (2). Quia actionis quae est motus, ut alteratio proprie dicta, et quae per se est terminus motus, ceterum est causa per seum motum. Unde, quia motus localis celi per se est primus motus, et primum est causa aliorum, inde est quod, illo motu cessante, cessaret omnis

(2) dicatur. — ducatur Pr.

(6) sive phara. — Ad. Pr.

(7) differenter. — differunt Pr.

(a) sensibus. — sensilibus Pr.

(6) intelligentiam. — intelligentia Pr.

motus naturalis; non autem motus violentus, vel progressivus, vel *sua* angelus movet corpus, qui non sic habet ordinem ad illum. Sed illorum actionum quae non sunt motus, nec per se sed (*et*) per accidens tenent motus, eorum est causa per simpliciter influxum suarum lucis, sive magis alterius virtutis. Tali autem est immutatio spiritualis. Unde, durante illuminatione, poterit esse visio, quia nullum aliam immutacionem requirit. Hanc autem non requirunt aliis sensus; alias non haberent operationes suas in tenebris, quod falsum est. Sed sicut visibile, non in virtute sua, sed in virtute coeli, a quo est omne lumen, immutat visionem, sicut aliqua virtus, in eius virtute alia sensibilia manifestant intentionaliter, est in celo. Quo virtus agit non per motum, sicut nec lumen. Nam quod influxus hinc sit causa fluxus et refluxus maris, non est per lumen suum, secundum quosdam; quia ratione in defectu (*et*) lucis habet hunc effectum, non erit post diem iudicii, quando erit lux lumen lucis solis. Licer posset dicere quod illud erit propter aliam dispositionem maris, quod (*et*) ambulet ex omni parte terram; unde hinc erit tanta profunditas aqua, ut radius non pertingat usque ad profundum. Propter quod in profundissimo mari non est salsedo, radio solis non potente penetrare usque ad profundum, ad elevandum vaporē terrae, cuius adiutorium est causa salsedini. nam quod dispositio diversa sit in causa, patet, quia propter hoc mare Mediterraneum non habet fluxum et refluxum. Nec valet illa solutio, quia aqua ita impedit est (*et*) perspicuum erit, quando superficiem terra illuminabitur sol et lumen. Sed verum est quod ex superficie terrae solidate nullus vapor resoluteur, quod sit causa salsedini, vel fluxus, sicut nubes. Tamen quid sit de hoc, lumen non est causa omnium, (*et*) per lucem, sed, cum hoc, per aliam arietatem; quia, cum nulla substantia destinatur propria operatione, corpora celestia, quae aliquando destituntur lumine, habent aliam virtutem a lumine. Et sicut illuminatione non dependet a motu coeli, sic nec influentia ab alio virtutum quae resipient actiones, quae non sunt motus, sed simplices mutationes, et quae sunt salus et perfectio (*et*). — Sed tunc videtur quoniam cessante motu coeli, non possit esse aliqua sensatio alia a visu, cum omnes alias sint ex motu naturali, quae est corruptio, vel alteratio, vel motus localis; sicut etiam cessabit generatione, et corruptio, quae non sunt motus, sed per se termini motus. — Et dicendum quod non est simile: Quia generatione et corruptione per se

debetur motus, non solum propter agens, sed propter hoc quod oportet contrarias dispositiones expellere et proprias inducere. Omnis autem sensus est immediate dispositus ad sensationem, que non habet contrarium in sensu. Et ideo sensationi accedit quod ipsa sit terminus motus, ex defectu agentis, vel alia causa. Propter quod tunc sine motu erunt istae mutationes. » — Haec Petrus, et bene.

Verum, in questione de impossibilitate beatorum, allegata sunt dicta sancti Thomae, *de Potentia Dei*, q. 5, art. 8, quibus assignat aliam rationem quare mutationes naturales cessabunt, cessante motu coeli, non autem mutationes intentionales voluntariales. Quicquid ibi (*et*). Item, *de Potentia Dei*, q. 5, art. 10, arguit sic, octavo loco: « Omnis motus naturalis ejusdemque corporis a motu coeli dependet. Sed motus cordis, sine quo non potest esse humani corporis vita, est motus naturalis. Ergo, cessante motu coeli, remanere non poterit et per consequens nec humani corporis vita. » Ecco argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum ipso quod motus cordis in homine causabitur ex iratura animae rationalis, quia a motu coeli non dependet. Et ideo motus ille non cessabit, motu coeli cessante. » — Haec ille. — Per oppositum autem, de motu cordis in aliis animalibus ab homine, sic dicit, eadem questione, art. 9: « Esse plantarum, et animalium, vivere quoddam est; quod in rebus corporalibus sine motu non existit. Unde animalia deficiunt, cessante motu cordis; et plantae, cessante nutrimento. In his autem rebus non est aliquod motus principium non dependens a primo mobili; quia ipsae anime animalium et plantarum totaliter subjiciuntur impressionibus caelestium corporum. Unde motu coeli cessante, non poterit in eis motus remanere, nec vita. Et sic patet quod in illa mundi innovatione res predictae non poterunt remanere. » — Haec ille. — Item, *de Molo*, q. 16, art. 10, in solutione quinti, sic dicit: « Motus naturales inferiorum corporum dependent ex motibus caelestium corporum, et causantur ab eis. Possunt tamen aliqui motus fieri in corporibus inferioribus ex aliquibus aliis causis, puta ab ipsa hominis voluntate; et, eadem ratione, a dæmonie vel angelo; quamvis dispositio corporum secundum quam sunt susceptiva talis motus, aliquatenus a corpore caelesti dependeat. » — Haec ille.

*Ad tertium* respondet Petrus (*ibid.*), dicens quod, « cum dicitur quod distinctio est nulla, quia omnis mutatione est naturalis, etc. » — dicendum quod, considerando de quibus arguit, potest dici quod mutatione intentionalis est mutatione naturalis vera et realis, sicut alia, immo magis naturalis, quia perficit naturam, illa destruit, et magis

(*x*) Cfr. prae distinet., q. 2, art. 3, 1.

(*a*) *sed.* — *nec Pr.*

(*b*) *defectio.* — *defectio lumen.* *Pr.*

(*c*) *quod.* — *que Pr.*

(*d*) *et.* — *Om. Pr.*

(*e*) *omnium.* — *omni flumini.* *Pr.*

(*f*) *perfectio.* — *perfectio Pr.*

realis; quia nobilior res est sensatio qualitatis quam ipsa qualitas. Sed distinguitur passio animae a passione naturae, eo modo quo, 2. *de Anima*, forma qua est anima, distinguitur a forma qua est natura, quae est determinata ad unum, illa autem non. Unde vocatur passio naturae, quae est rei, non inquantum est animalia, sed inquantum habet aliquam conditionem etiam competentem inanimatis; passio vero animae, quae est propria animatorum: sicut calefieri est commune animatis et inanimatis, sed sentire calorem est proprie animatorum; propter quod illa est passio naturae, haec autem animae. Dicitur autem passio haec naturalis, illa autem animalis: vel propter hoc quod natura est principium motus et quantitatis; unde illa quae est per motum, vocatur naturalis, quae autem per simplicem et instantaneam mutationem, animalis; vel quia illa est destructiva naturae, ista autem salvativa animae. Sed dicitur intentionalis, non realis, quia non est res illa quae sentitur, sed ejus similitudo; quia lapis non est in anima, sed species lapidis; quae tamen species est vera res, sive differat ab actu, sive non. » — Haec Petrus, et bene.

Verguntamen sanctus Thomas aliter intelligit illam distinctionem de duplice immutatione vel passione, quam Petrus; sicut dictum est in solutione quarti (2). Item, dist. 44, q. 3, art. 1, in solutione tertiae questionis, sic dicit: « Cum pati sit quoddam (6) recipere, duplex est motus passionis, secundum quod aliquid in aliquo duplicitate recipi potest. Potest enim aliqua forma recipi in aliquo subiecto secundum esse naturale materialiter, sicut calor recipitur ab igne in aere. Et secundum hunc modum receptionis est unus modus passionis, qui dicitur passio naturae. Alio modo aliquid recipitur in alio spiritualiter, per modum cuiusdam intentionis, sicut similitudo albedinis recipitur in aere et in pupilla; et haec receptio assimilatur illi receptioni qua anima recipit rerum similitudines. Et secundum hunc modum receptionis est alius modus passionis, qui vocatur passio animae, etc. » — Haec ille. — Item, 1. p., q. 78, art. 3, sic dicit: « Est autem duplex immutatio: una naturalis, et alia spiritualis. Naturalis quidem secundum quod forma immutantis (7) recipitur in immutato secundum esse naturale; sicut calor in calefacto. Spiritualis autem secundum quod forma immutantis (8) recipitur in immutato secundum esse spirituale; ut forma coloris in pupilla, quae non sit per hoc collata. » — Haec ille. — Item, *de Potentia Dei*, q. 5, art. 8, sic dicit: « Corpus habet duplicem actionem,

Unam quidem secundum proprietatem corporis, ut scilicet agat per motum; hoc enim est proprium corporis, ut motum moveat et agat. Aliam autem actionem habet, secundum quod attingit ad ordinem substantiarum separatarum, et participat aliquid de medio illarum; sicut naturae inferiores consueverunt aliquid partipare de proprietate naturae superioris, ut appareat in quibusdam animalibus, quae participant aliquam similitudinem prudentie, quae est propria hominis. Haec autem est actio corporis, quae non est ad transmutationem materie, sed ad quandam diffusionem similitudinis formae in medio, secundum similitudinem spiritualis intentionis, que recipitur de re in sensu vel intellectu. Et hoc modo sol illuminat aerem, et color speciem suam multiplicat in medio. » — Haec ille. — Ex quibus patet quod impropositio distinctionis non valeat; nec est ad mentem sancti Thome, quia, ut apparet, secundum eum, non omnis immutatio, passio, vel actio, dicitur naturalis, enjus principium est corpus naturale.

*Ad quartum* respondet Petrus (*Ibid.*), quod sicut quantitas non est principium nec ratio calefaciendi est tamen causa sine qua non; unde calor separatus a quantitate non est natus calefacere. Sic licet motus localis non sit virtus coeli quaerit, nec etiam per ipsum acquiratur virtus calore, sicut aliquid motu locali calefacit (2), et sic potest caleficere; est tamen causa sine qua non calore respectu alterationis et motuum propriæ dictorum inferiorum, et illorum qui per se sunt termini horum motuum; ita quod, sicut cor non vivificaret nisi moveretur, et cessante motu cordis, cessaret ejus vivificationis, quamvis non per motum vivificet, ita in calore. Et quidem non oportet dicere quod, si ignis non motus calefaciat, quod similiter calidum faceret: quia, cum sit corpus quintæ essentie, potest in agendo diversificari, sicut et in essendo; ut sicut habet aliam naturam ad essendum, sic aliam naturam ad motum; ut scilicet non possit mouere nisi motum, et non solum ad diversitatem actionis ejus requiratur (6) motus, sed etiam propter substantiam actionis. Quod patet manifeste in motu primi mobilis. Constat enim quod ille motus non est frustra. Aut ergo motus ille est propter actionem illius mobilis, aut alterius. Quia, cum non sit propter esse vel conservari, oportet quod sit propter operari ipsiusmet coeli crystallini, vel alterius: quia non potest dici quod hoc sit propter hoc quod aliquando elongetur a terra, vel appropinquet (7), sicut est de planetis (8), quorum sphaerae vel circuli sunt (9) excentrici, quia illa sphaera est concentrica; nec

(a) Cfr. *ad quartum* corum que primo loco a Durando objecta sunt.

(b) *quoddam*. — *quædam* Pr.

(c) *immutantis*. — *immutabilitatis* Pr.

(d) *immutantis*. — *immutabilitatis* Pr.

(a) *calefarit*. — *calefit* Pr.

(b) *requiratur*. — *requiritur* Pr.

(c) *appropinquet*. — *appropinquat* Pr.

(d) *planetis*. — *plantis* Pr.

(e) *sunt*. — *Om.* Pr.

propter aliquam suarum partium elongandam vel approximandam, quia omnes sunt uniformes, unde tantum valet pars dextera sicut sinistra. Unde, cum non requiratur propter diversitatem operationis, ergo propter substantiam. Si dicatur quod motus ejus est propter diversitatem operationum, non ejus, sed colorum stellatorum, utputa ad hunc finem quod suppositum habeat duos motus, quia angelus qui movet immediate cœlum crystallinum, et, mediante eo, firmamentum, motu rapitus, multo magis posset movere firmamentum motu illo immediate; et nihilominus moveretur motu alio ab alio motore sicut nunc; — ergo motus ille est non solum propter differenter agere, sed propter agere. » — Hæc ille, et bene quoad aliqua.

Videbit tamen esse de mente sancti Thomæ quod motus cœli sit ei ratio agenti, et non solum causa sine qua non, inquantum scilicet ille motus est actio substantiae separatae. Ut etiam recitatum fuit in quæstione de impassibilitate beatorum, ipse, in *de Potentia Dei*, q. 5, art. 8; sic dicit: « Sicut habetur in libro *de Causis*, quando causa prima retrahit actionem suam a causato, oportet quod etiam secunda causa retrahat actionem suam ab eodem, eo quod causa secunda habet hoc ipsum quod agit, per actionem causæ priue, in cuius virtute agit. Cum autem omne agens agat secundum quod est actu, oportet secundum hoc accipere ordinem causarum agentium, secundum quod est ordó earum in actualitate; etc., » ut supra (2) recitatum fuit. Item, 4. *Sentent.*, dist. 1, q. 1, art. 4, q<sup>a</sup> 2, in solutione quarti argumenti, sic dicit: « In re corporali non potest esse virtus spiritualis secundum esse completum. Potest tamen ibi esse per modum intentionis: sicut in instrumentis motis ab artifice est virtus artis; et *sermo audibilis existens causa disciplinæ*, ut dicitur in libro *de Sensu et Sensato* (cap. 1), continet intentiones animæ quodam modo; et in (6) motu cœli est virtus substantiae separatae inveniens, secundum philosophos, etc. » Item, 1 p., q. 110, art. 2, in solutione secundi, sic dicit: « Angelus excellentiori modo transmutat materiam corporalem quam agentia corporalia, scilicet movendo ipsa agentia corporalia tanquam causa superior. » — Hæc ille. — Similiter dicit, *de Potentia Dei*, q. 6, art. 3, in solutione primi: « Licet, inquit, naturalis potestas angeli, vel daemonis, sit major quam naturalis potestas corporis; non tamen est ad hoc quod immediate formam in materia inducat, sed mediante corpore. Unde (7) hoc facit nobilius quam corpus; quia primum movens principalius est in agendo quam secundum. » — Hæc ille. — Simile dicit latius, *de Malo*, q. 16, art. 9 et 10.

(a) Cfr. pres. dist., q. 2, art. 3, 1.

(6) In. — Om. Pr.

(7) Unde. — Bona Pr.

Cum autem dicit Durandus, quod omne principium quo alterans vel movens movet, est aliqua qualitas in ipso; — dicendum est quod hoc, etsi concedatur de agente principali, quod agit per propriam formam, tamen generaliter falsum est de omni agente instrumentalis, quod movet ut motum. In tali enim agente principium movendi potest esse motio ab extrinseco motore, ut dicit sanctus Thomas in multis locis. Cœlum autem respectu substantiae separatae se habet ut instrumentum. Et ideo motio substantiae separatae potest cœlo esse ratio agendi; potissimum attento quod in illa motione est virtus substantiae separatae per modum intentionis, quæ est quedam qualitas, ut dictum fuit.

Ad quintum respondet Petrus (*ibid.*), dicens quod, « sicut elementa et mixta quoad esse dependent ab esse cœli, et extra ejus continentiam non sunt nata conservari, sicut nec generari; sic et eorum operatio dependet ab operatione cœli. Unde, cum operatio cœli, quae est ad motum, supponat motum, nullum agens inferius est bene dispositum ad movere, nec patiens ad moveri, nisi supposito motu cœli, sine quo non est actio illa cœli, a qua dependent inferiora. » — Hæc Petrus. — Et concordat dictis sancti Thomæ, *de Potentia Dei*, q. 5, art. 8, in solutione quarti et quinti (2). Arguit enim sic: « Illud quod est de perfectione elementi, non auferitur ei. Hoc autem est de perfectione cuiuslibet entis, quod agat sibi simile: diffusio enim ipsius esse derivatur a primo bono in omnia entia. Ergo videtur quod elementa, in illa consummatione, agent sibi simile; et sic erit in eis actio. — Item: sicut proprium est ignis esse calidum (6), ita etiam proprium ejus est calefacere: sicut enim calor derivatur a principiis essentialibus ignis, ita calefactio derivatur a calore. Si ergo, in illa rerum consummatione, ignis et ejus calor remanebit, videtur quod etiam calefactio remanebit. » Ecce argumenta. Sequitur responsio: « Ad quartum, inquit, dicendum quod inferiora nunquam attingunt ad gradum perfectionis superiorum. Hoc autem est de ratione perfectionis supremi agentis, quod sua perfectio sibi sufficiat ad agendum, omni alio agente remoto. Unde hoc inferioribus agentibus attribui non potest. — Ad quintum, dicendum quod ignis proprium est calefaceré, supposito quod habeat aliquam actionem; sed ejus actio dependet ab alio, ut dictum est. » — Hæc ille.

**II. Ad argumentum Scoti.** — Ad argumentum (7) Scoti contra eamdem conclusionem, patet responsio, tam per statim dicta, quam supra dicta, in quæstione de impassibilitate beatorum.

(a) et quinti. — Om. Pr.

(6) calidum. — calidi Pr.

(7) argumentum. — argumenta Pr.

**III. Ad argumenta Aureoli.** — Ad argumenta Aureoli primo loco contra eamdem conclusionem inducta, dicitur. Et

Ad primum, negatur antecedens: quia sensatio excellenter calidi non est calefactio proprie dicta; licet sit receptio speciei caloris, vel cum tali receptione. De hoc Commentator, 2. *de Anima*, com. 138, sic dicit (z): « Possimus concedere visionem esse coloratam, et quod etiam videns est coloratum. Videamus enim quod quando comprehendit colorem, efficitur quasi coloratum quoquo modo. Et causa in hoc est, quia sentiens recipit sensibile, et assimilatur ei. Visus enim recipit colorem, quem recipit corpus extra animam. Et differunt in hoc, quod receptio sensitifatus est spiritualis, et receptio corporis extra animam est materialis. Sentiens enim recipit sensibile non materialiter. Et quia sensus recipit sensibilia quoquo modo, dicuntur etiam de sensu quoquo modo. Et quia sensus recipiunt sensibilia extra materiam, ideo sensitibilia quando fuerint abstracta a materia, efficiuntur in sensibus. Sensus enim et imaginationes non sunt colores sensitibiles, neque sapores, nec aliae qualitates sensitibilium quae sunt extra animam in materia. Sed actio sensitibilis extra animam in materia in movendo sentiens (6); et actio sensus quae est in sentiente, est eadem actio; licet modus esse sensitibilis extra animam differat a modo sui esse in sentiente (7). » — Hæc ille. — Ex quibus, et aliis postea dicendis, appareat quod organa sensuum, ad hoc quod fiat sensatio, non necessario nec de per se requirunt aliquam receptionem, nisi spiritualem; et si alia concurrat, illa de per accidens se habet ad sensationem.

Ad secundum dicitur quod corpora dominatorum veraciter ardebunt; quia ab igne ardente torquebuntur, et ardorem et calorem in seipsis recipient, modo praedicto.

Ad tertium dicitur quod argumentum ab auctoritate negative non valet. Et praeterea, ipsi sancti dubitative in multis locis locuti sunt, utrum ille ignis sit materialis, aut corporalis, an mere spiritualis. De hoc sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 3, art. 2, q<sup>ta</sup> 1, in solutione primi, sic dicit: « Damascenus (*de Fid. Ort.*, lib. 4, cap. ult.) non negat illum ignem esse materialem simpliciter, sed quod non est materialis talis qualis apud nos est, eo quod quibusdam proprietatibus ab hoc igne distinguitur. Vel dicendum quod, quia ignis iste non materialiter alterat corpora, sed quadam spirituali actione agit in ea ad punitionem, ideo dicitur non materialis esse, non quantum ad substantiam, sed quantum ad punitionis effectum in corporibus, et multo amplius etiam in animabus. » — Hæc ille.

(z) sic dicit. — Om. Pr.

(6) *sentiens*. — *sensibile* Pr.

(7) *sentiente*. — *sensibilitate* Pr.

**IV. Ad alia argumenta Aureoli.** — Ad argumenta ejusdem secundo loco inducta contra eamdem conclusionem, de facili patet responsio per praedicta. Sed ex abundantia dicitur

Ad primum, quod aliqua passio potest dici realis dupliciter, quantum ad propositum pertinet. Primo, prout res distinguitur contra nihil. Et sic conceditur quod omnis passio sensus, vel intellectus, est realis. Secundo, quia non solum distinguitur a non ente, sed quia per eam (z) passum assimilatur agenti, quantum ad formam, que est principium agendi, quoad modum essendi; et per eam realiter transmutatur, cum abjectione alicujus sibi convenientis. Et hoc modo passio, vel immutatio corporum dominatorum non dicitur realis, licet primo modo realis dici possit. Tunc, ad hujusmodi improbationem, dicitur quod excellens sensibile non corrumpit sensum propter immutationem sensitibilis, inquantum est sensitibile; sed propter aliquid sibi de per accidens adjunctum, scilicet transmutationem naturalem concurrentem cum intentionali. Hic autem concursus non erit in sensatione beatorum, nec dominatorum. Unde illud argumentum nimis se extendit: aequo enim probaret quod corpora beatorum immutarentur a sua naturali dispositione realiter, sicut corpora dominatorum. Et de hujusmodi concursus nullitate patet multipliciter per praedicta.

Ad secundum dicitur quod potentia sensitiva, auditiva, vel visiva, vel alia quaecumque, post maximum sensitibile debilitatur in sentiendo minus, propter aliquam naturalem transmutationem et debilitationem sui organi ab objecto suo, non inquantum movet intentionaliter sed naturaliter. De hoc sanctus Thomas, 1<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. 22, art. 2, in solutione tertii, sic dicit: « Dupliciter organum potest transmutari. Uno modo, transmutatione spirituali, secundum quod recipit intentionem rei. Et hoc per se invenitur in actu apprehensivæ virtutis sensitivæ; sicut oculus immutatur a visibili, non ita quod coloretur, sed ita quod recipiat intentionem coloris. Est autem alia transmutatione naturalis organi, prout organum transmutatur quantum ad suam naturalem dispositionem: puta quod calescit, aut infrigidatur, vel alio modo consimili transmutatur. Et hujusmodi transmutatione per accidens se habet ad actu apprehensivæ virtutis sensitivæ: puta cum oculus fatigatur ex forti intuitu, vel dissolvitur ex vehementia visibilis. » — Hæc ille.

Ad tertium dicitur eodem modo: quia ex illis experientiis solum habetur quod aliquando concurrunt praedictæ due transmutationes; non autem quod ultraque sit per se causa sensationis, aut necessaria ad sensationem. De hoc sanctus Thomas, 1 p., q. 78, art. 3, sic dicit: « Ad operationem sensus

(z) eam. — cum Pr.

requiritur immutatio spiritualis, per quam intentio spiritualis forme sensibilis fiat in organo sensus; alioquin, si sola immutatio naturalis sufficeret ad sentiendum, omnia corpora naturalia sentirent, dum alterantur. Sed in quibusdam sensibus inventur immutatio spiritualis tantum, sicut in visu. In quibusdam autem, cum immutatione spirituali est naturalis, vel ex parte objecti tantum, vel etiam ex parte organi. Ex parte objecti autem, inventur transmutatio naturalis secundum locum in sono, qui est objectum auditus; nam sonus ex percussione causatur, et aeris commotione. Secundum vero alterationem, in odore, qui est objectum olfactus; oportet enim per calidum alterari quoque modo corpus, ad hoc quod spiret odorem. Ex parte autem organi est immutatio naturalis in tactu et gustu: nam et manus tangens calida calet, et lingua humectatur per humiditatem saporum. Organum vero olfactus, aut auditus, nulla naturali immutatione immutatur in sentiendo, nisi per accidens. Visus autem, qui est absque immutatione naturali et organi et objecti, est maxime spiritualis, et perfectior inter omnes sensus, et communior; et, post hoc, auditus, et deinde olfactus, qui habent immutationem naturalem ex parte objecti. Motus enim localis est perfectior, et universalior, et prior quam motus alterationis, ut probatur in 8: *Physicorum* (t. c. 55). Tactus autem et gustus sunt maxime materiales. Et inde est quod alii tres sensus non fiunt per medium coniunctum, ne aliqua naturalis transmutatio pertingat ad organum, ut accidit in his duobus sensibus. » — Haec ille. — Ex quibus patet: Primo, quod post intensam visionem coloris, aut luminis, potest remanere in oculo species coloris, aut luminis; non autem realis color, aut reale lumen. Secundo, quod post auditionem magni soni potest aliquandiu remanere in organo auditus species soni, vel aliquae ejus reliquiae. Tertio, quod odoris species recipitur in organo odoratus, non autem odor; licet odor realis possit pertingere ad cerebrum, et ad alias partes corporis. Et, dato quod aliqua qualitas sensibilis reciperetur in aliquo organo sensus secundum esse reale, illa receptio nullam faceret sensationem.

Ad quartum dicitur quod dictum Aristotelis false et contra ejus opinionem exponitur. Quod patet. Nam, in 2. *dé Anima* (t. c. 416); et multis locis, dicit quod generaliter verum est de omni sensu, quod sensibile positum supra sensum nullam facit sensationem. Tum etiam quia, ibidem, parte 121, secundum translationem Commentatoris; sic dicit: *Dicendum est universaliter de omni sensu, quod sensus est recipiens formas sensibilium sine materia,* etc. Ubi Commentator, com. 121, sic dicit: *& Receptio formarum sensibilium ab unoquoque sensu est receptio abstracta a materia. Si enim reciperet eas cum materia, tunc idem esse*

haberent in anima et extra animam. Et ideo in anima sunt intentiones et comprehensions; et extra animam non sunt intentiones nec comprehensions, sed res materiales (<sup>a</sup>) non comprehensae omnino. Et ista acceptio, quae est in sensibus, abstracta a materia, similis est receptioni cerei ad figuram annuli: recipit enim eam sine annuli materia; cum eodem modo recipit eam, sive fuerit auri, sive ferri, sive cupri. Et secundum hunc modum patitur unusquisque sensuum (<sup>b</sup>) ab eis quibus naturaliter sunt innati pati, sive (<sup>c</sup>) colore, sive sono. Sed non patitur ab eo secundum quod est color, vel sonus: quoniam, si ita esset, continget quod, cum recipere ipsum, esset color aut sonus, non intentio; intentio enim coloris alia est a colore. Et dicit (<sup>d</sup>): *Secundum quod est in hac dispositione et intentione;* quod dicit, observando se ab intentionibus quas recipit intellectus; ille enim sunt universales, istae autem (<sup>e</sup>) sunt tantum istae. » — Haec Commentator. — Item, com. 137, sic dicit: « Si necesse est ut omne comprehensibile a visu sit coloratum, et visus comprehendit comprehensionem coloris, ergo contingat ex hoc ut ipsa comprehensione sit colorata; quod est inopinabile. » — Haec ille. — Et per multa alia dicta Philosophi et Commentatoris patet quod sensus, in quantum hujusmodi, non recipit formam sui objecti univoce, sed tantummodo ejus speciem, vel intentionem. Ad dictum ergo Philosophi, dicitur quod non intendit aliud nisi quod visio sit actio coloris, et auditio est actio soni, ut patet per expositionem Commentatoris et aliorum doctorum.

Ad quintum dicitur quod, licet sensus organum teneat medium inter extrema suorum sensibilium, et comprehensione sensus sit quedam mutatione mediæ, quæ aliquo modo potest dici realis; tamen fallacia consequentis est ex hoc concludere quod terminus talium mutationum sit qualitas distincta contra intentionem. Nec sequitur, si sensus per tales receptionem quandoque ladanatur, quod forma recepta sit forma naturalis distincta contra intentionem: quia tales intentiones possunt contristare, ut patet in somniantibus et fortiter imaginantibus. Unde Commentator, ubi supra (2. *de Anima*), com. 123, sic dicit: « Ex hoc quod diximus, quod sensus est intentio, declarabitur causa propter quam sensibilia intensa corrumpunt instrumenta sensuum. Quoniam, quando motus factus a sensibili fuerit fortior quam sentiens poterit tolerare, dissolvetur ista intentio, per quam sentiens est sentiens, et remanebit corpus sine subjecta intentione, quae est sensus; sicut dissolvitur consonantia cordarum, et

(<sup>a</sup>) *materiales.* — *naturales* Pr.

(<sup>b</sup>) *sensuum.* — *sensus* Pr.

(<sup>c</sup>) *sive.* — *sine* Pr.

(<sup>d</sup>) *Et dicit.* — Om. Pr.

(<sup>e</sup>) *autem.* — *enim* Pr.

neumata, quæ sunt intentio existens in eis, cum fortiter tanguntur, et moventur motu fortiori quam possint tolerare. » — Haec ille. — De predictis sanctus Thomas, 3. *Sentent.*, dist. 15, q. 2, art. 1, in solutione secundie questionis, sic dicit: « Quia (z) potentie apprehensiva sensitiva sunt tantum passive in recipiendo speciem (qua quidem non recipitur in sensu per modum rei, sed per modum intentionis), ideo in operatione harum virium est quidem aliquo modo pati, quantum ad hoc quod sunt vires materiales, et quantum ad hoc quod aliquid recipitur; et propter hoc dicitur, 2. *de Anima* (t. c. 51), quod sentire est quoddam pati. Sed quia sensus non movetur a sensibili secundum conditionem moventis, cum forma sensibilis non recipiatur in sepsu secundum esse naturale, prout est in sensibili, sed secundum esse spirituale, quod est proprium sensui; ideo non habet contrarietatem ad sensum secundum quod est perfectio ejus, nisi secundum quod excedit proportionem sensus. Ideo non proprie dicitur anima pati secundum has vires, nisi secundum quod excellentia sensibilium corruptit sensum, aut debilitat. » — Haec ille. — Ex quibus patet quod opinio Aureoli est contra Philosophum, et contra veritatem; potissimum quia, secundum illam viam, non solum probaretur quod sensus exterior coloraretur, immo sensus interiores, et etiam intellectus possibilis; et multa alia falsa.

**V. Ad argumenta Henrici.** — Ad objecta Henrici contra eandem conclusionem, patet responsio per predicta. Quia ignis inferni, in virtute propria, per solam immutationem intentionalem, potest causare inferorem tristitiam, et per illam potest causare dolorem sensibilem, modo p̄aeexposito. Deus etiam potest conferre dicto igni virtutem causandi immediate dolorem sensibilem, talem et tantum, qualem et quantum causaret mediante reali immutatione objectiva. Dictum est etiam supra, quod ille ignis, praeter illam spiritualem immutationem, alia incommoda infert corporibus damnatorum. — De predictis sanctus Thomas, 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, q. 35, art. 22, in solutione tertii argumenti, sic dicit: « Sensibilia tactus sunt dolorosa, non solum inquantum improportionata (6) virtuti apprehensivæ, sed etiam inquantum contrariantur naturæ. Aliorum vero sensuum sepsibilia possunt esse improportionata virtuti apprehensivæ, non tamen contrariantur naturæ, nisi in ordine ad sensibilia tactus. Unde solus homo, qui est animal perfectum in cognitione, delectatur in sensilibus aliorum sensuum secundum seipsa. Alia vero animalia non delectantur in eis, nisi secundum quod referuntur ad sensibilia tactus. Et ideo de sensilibus aliorum

sensuum non dicitur esse dolor, secundum quod contrariatur delectationi naturali, sed magis tristitia, quæ contrariatur gudio animali. » — Haec ille. — Item, art. 7, sic dicit: « Dolor interior et exterior in uno convenient, et duobus differunt. Convenient quidem in hoc quod interque est motus appetitivæ virtutis. Differunt autem secundum illa duo quæ ad tristitiam et delectationem requiruntur: scilicet secundum causam, quæ est bonum vel malum conjunctum; et secundum apprehensionem. Causa enim doloris interioris est malum conjunctum, quod repugnat appetitui; causa autem doloris exterioris est malum conjunctum, quod repugnat corpori. Dolor etiam exterior sequitur apprehensionem sensus, et specialiter tactus; dolor autem interior sequitur apprehensionem interiorum, imaginationis scilicet, vel etiam rationis, etc. » — Haec ille. — Ex quibus apparet quod ad sensationem exteriorem tactus, quæ est de malo conjuncto repugnantib[us] corpori, sequitur dolor exterior; et similiter, quomodo sensibilia tactus, ex hoc quod sunt inproportionata virtuti apprehensivæ, sunt dolorosæ. Ideoque ignis inferni, scilicet non immutet naturali immutatione abiectiva corpora damnatorum, tamen sola sensatio causabit dolorem exteriorem. De hoc sanctus Thomas, octavo *Quodlibeto*, art. 18, sic dicit: « Ignis, et aqua, et hujusmodi, non agunt in corpora damnatorum actione nature, ita quod relinquant suas qualitates in corporibus damnatorum secundum esse naturæ, sicut ignis relinquit calorem in lignis quæ facit esse calida; alioquin, cum contraria non possint esse simul in eodem, oportet corpora damnatorum suas qualitates perdere; et sic, transmutata natura organorum, fieret poena minus sensibilis. Sed agunt in corpora damnatorum actione spirituali; imprimendo scilicet suas qualitates in corporibus damnatorum secundum esse spirituale, per modum quo species coloris sunt in aere et pupilla, non ita quod fiant colorata. Unde corpora damnatorum sentient afflictionem ignis, sine hoc quod convertantur in naturam ignis. Et ideo varietas poenarum non faciet eis aliquod refrigerium. Nunc enim refrigerium ex alternatione poenarum proveniens causatur ex transmutatione naturæ, inquantum per frigus aquæ superfluitas calefactionis remittitur, et sic ad medium venit, quod est delectabile. » — Haec ille. — Simile ponit, septimo *Quodlibeto*, art. 14.

**VI. Ad argumenta Bernardi de Gannato.** — Ad primum Bernardi contra eandem conclusionem, dicitur quod ista positio est rationabilior quam opposita. Nec valet quod dicitur, quod secundum hanc viam, damnati sciunt vel possunt seire quod ignis inferni in nullo potest eis nocere. Hoc siquidem falsum est; quia ille ignis veraciter nocet eis, immittendo mediate vel immediato, in virtute propria vel aliena, doloreq[ue] exteriorem et tristitiam interiorem,

(z) Quia. — Quod Pr.

(6) improportionata. — proportionata Pr.

que duo sunt multum nociva eis; et, praeter illam actionem, influxivam, habet aliam actionem impeditive et detentivam, ut supra patuit; ideoque dolorem non solum interiorēm, sed exteriōrem causare potest.

Ad secundum dicitur quod ignis imaginatus, vel pictus, non conjungitur tactui, sicut ignis inferni conjungetur corpori et tactui damnatorum. Ideoque imaginatio non causat dolorem exteriōrem immediate, sicut exterior sensatio tactus nata est causare. Et ulterius, imaginatio illius ignis sola non potest esse ita inconveniens, nec tam multipliciter nociva corporibus damnatorum, sicut ignis realiter sensatus et conjunctus illis, ut patet ex dictis. Et ulterius, non congruit ordini divinae providentiae quod per solam imaginationem ignis, sine quantumque penitentiā illius, corpora damnatorum crucientur. Unde sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 3, art. 2, q<sup>a</sup> 4, sic dicit: « Quidquid dicatur de igne qui animas separatas cruciat, de igne tamen quo cruciabuntur corpora damnatorum post resurrectionem, oportet dicere quod sit corporeus; quia corpori non potest convenienter aptari nisi pena corpora. Unde Gregorius, 4. *Dialogorum* (cap. 28 et 29), ex hoc ipso probat ignem inferni esse corporeum, quia reprobi post resurrectionem in eum detrudentur. » — Hac ille.

Ad tertium patet per predicta. Damnati enim non decipiuntur, judicando illum ignem esse nocivum; Est enim veraciter eis nocivus. Tum quia causat in eorum tactu sui similitudinem intensam, que est multum inconveniens ei. Tum quia excludit oninēm sensationem convenientem. Tum quia detinet virtutes apprehensivas interiores in consideratione sui, quod est vilissimum objectum. Tum quia causat dolorem et tristitiam in virtutibus appetitivis. Tum quia detinet corpora damnatorum per modum carceris, et impedit libertatem arbitrii divertendi. Et multa alia nocimenta inserit omnibus sensibus exterioribus et interioribus, et virtutibus apprehensivis et appetitivis et motivis, ut sape factum fuit.

## § 2. — AD ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Ad argumenta Durandi contra secundam conclusionem, respondet Petrus (dist. 44, q. 7). Et quidem ad primum sic dicit: « Si dicatur quod spiritus sit in loco per essentiam, videntur sequi tria inconvenientia. Primum est, quod, cum omnes spiritus damnati aequaliter detineantur, sequitur quod omnes aequaliter affligantur. Sed hoc non valet, quia dicitur quod superior plus affligitur. Et si instetur contra hoc, quia aliquando minus superbis est gravior peccator, puta luxuriosus humilis; — dicendum est quod

verum est de superbia prout est speciale peccatum; sed, quanto aliquis est gravior peccator in inferno, tanto plus odit Deum (quod est maxima superbia), et tanto plus displaceat ei justitia Dei, et per consequens plus affligitur de alligatione illa, quae, quanto est eis magis nociva, tanto magis penosa.

— Secundum inconveniens est: quia damnatus in camera pulchra ita affligeretur sicut in igne. Et ad illud dicendum primo, quod, cum alligari cuicunque loco sit penosum spiritui, quia involuntarium (2) (utpote contra libertatem et dignitatem suam), alligari tamen vilissimo loco est eis magis penosum, immo penosissimum; hujusmodi autem est centrum terrae, maxime distans a caelo dignissimo corporum. Sed ulterius, ibi alligari igni quo debent affligi vilissima corpora damnatorum, adhuc est eis magis penosum. Licit contra istud ultimum sit illud Matthaei 25 (v. 41), *Ita maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus,* quasi ille prius sit propter daemones quam propter homines. — Tertia instantia est, de pueris et patribus in limbo detentis. Sed hoc facile solvitur: quia voluntas eorum, cum sit justa, vult illum carcerem; et sic non affligebat patres, nec pueros afflit; quia nihil volitum est, est penosum. Quod si de animabus purgatorii instetur, — dicendum quod ille carcer est eis penosus: quia, licet voluntarius, tamen est eis propter peccatum proprium; qui continue est contra voluntatem illorum; quia de peccatis continue dolent, et per consequens de pena consequente. Secus autem est de peccato originali, cui non debetur contritio. — Sed sciendum, in ista prima parte deductionis, quod nunquam dicendum est quod spiritus sic sit in loco per essentiam, quasi essentia sit sibi ratio essendi in loco, sic scilicet quod indigeat loco ad sui conservationem, sicut grave vel leve, vel quod circumseribatur (6) loco, sicut quantum; sed sic quod ejus essentia vere est in loco diffinitive, quia sic est hic, quod non alibi, licet possit esse nusquam.

« Si autem angelus est in loco per operationem, sic quod, sicut quantitas est substantiae ratio essendi in loco, sic et spiritui operatio, — potest responderi ad instantias, etiam dato quod essentia angeli esset nusquam, vel ubique. Unde, ad illud quod dicitur de operatione manente, potest dici quod, dato (7) quod ejus intelligere et velle secundum situationem et diffinitionem abstraherent (8) a loco, sicut essentia, si tamen necessario haberet cogitare contra voluntatem de inferno et igne ejus, propter quod impeditur considerare alia que magis vellet considerare (quia enim non intelligit omnia simul, impeditur

(2) quia involuntarium. — et innocuum Pr.

(6) circumseribatur. — certum scribatup Pr.

(7) dato. — data Pr.

(8) abstraherent. — abstracta habeant Pr.

ab intellectione unius per intellectiōem alterius). Et constat quod magis est spiritui desiderabile et delectabile contemplari altissimas causas quam corporalia. Unde penosum est valde spiritui, si contra voluntatem cogitat de inferno et (α) ejus igne contineat, et quod de eo semper habebit cogitare: sicut etiam homini bono penosum est quando occurrit sibi turpes cogitationes, vel quacumque contra voluntatem suam, potissimum de re odio habita; et de qua numquam yellet recolere. Hoc autem est possibile: quia, sicut spiritus separatus semper actu intelligit se propter actualem presentiam sue essentiae, sic potest Deus facere quod semper intelligat aliquid aliud, vel per speciem que semper sit in actu, vel aliter; et per hoc, vel non cogitat alia, vel non delectatur in eis, sicut faceret, si nihil contra suam voluntatem cogitaret. Et (ε) sic diceretur diabolus semper secum ferre ignem suum, per continuam ejus cogitationem, per quam ipse, secundum intellectum apprehendenter et voluntatem renitenter, esset semper alligatus, etiam ante diem iudicii, et ubique. — Secunda instantia est de operatione transeunte, si per eam sit angelus in loco, ut sic (γ) detentus affligatur ut canis, vel equus, cum est alligatus ad movendum rotam qua aqua trahitur de puto, vel damnatus ad fodenda metalla: quia hoc non potest convenire anima, que non est nata movere corpus nisi mediante suo corpore. Et dicendum quod, si ita esset, quamvis nesciamus que esset illa operatio (nam non esset ignis successio), quia ille ignis successione non indiget, nec esset motio ejus circularis, sicut in sphera sua movetur, quia ad hoc sufficeret unus demon); tamen, quaecumque sit illa motio, si convenit angelis naturaliter, posset convenire animae supernaturaliter. Si enim Deus dedit adamanti et magneti virtutem movendi ferrum sine contactu, quam alia corpora non habent, nullum incredibile est, si miraculose det eamdem virtutem alteri corpori. Et similiter, si spiritus angelicus a natura habet movere corpus, nullum inconveniens vel impossibile videtur quod hanc virtutem supernaturaliter det Deus anime: vel ad bonum suum, sicut cum (δ) appareret in corporibus assumptis, pro petendis suffragiis; vel ad malum suum, ut in damnatis.

¶ Tertia instantia est communis utriusque, scilicet quod non possit spiritus separatus violentari ad operationem, sicut nec homo ad illam que est liberi arbitrii. Ubi dicendum est, primo, quod, si in spiritu esset virtus naturaliter motiva alia ab intellectu et voluntate, cessaret instantia. Sed, supposito quod per liberum arbitrium et non necessitate naturae

(α) *inferno et. — inferiori Pr.*

(β) *Et. — Ut Pr.*

(γ) *decenter vel. — Ad. Pr.*

(δ) *cum. — tamen Pr.*

moyeat, dicendum quod non potest esse in libero arbitrio aliqua volitio ab ipso elicita contra voluntatem: esset enim contradictio quod vellet aliquid elicitive (ε), et ipsammet volitionem nolle. Sed non est impossibile quod Deus possit imprimere in libero arbitrio actum intelligendi et volendi, respectu cuius liberum arbitrium se habet pure passive; sicut est forte in patria. In patiendo autem nihil est liberum. Quod autem non est liberum (ε), ut sic, cogi potest. Unde videtur non impossibile contra voluntatem imprimere necessario volitionem mouendi aliquid, ad quam volitionem necessariam sequitur ita motio, sicut ad liberam; et sic spiritus erit alligatus ad operandum. — Si dicatur quod immo esset contradictione, quod esset actus voluntarius et involuntarius; — dicendum quod esset voluntarius, quia a voluntate: sed contra, quia ab alio. Vel, si (γ) Deus non potest sibi imprimere actum secundum nisi (δ) placitum, posset tamen sibi imprimere aliquam aliam qualitatem, ad quam ita necessario sequeretur motus, sicut ad suum velle liberum.

¶ Ad quartam instantiam, de passione, dicendum quod, cum dicatur spiritus esse in loco per passionem, non intelligitur quod hoc sit per receptionem aliquam formae naturalis a loco; sed dicatur esse in loco per passionem, id est, per diffinitionem, sicut locatum patitur a loco a quo circumscriptur; nec diffiniri loco non ita ponat aliquid in diffinito, sicut circumscribi ponit *ubi* in circumscripto vel locato. Ulterius autem, quando sic loco diffinitur, quod etiam invitus definitur, tunc dicitur pati ptenam; quia contra voluntatem et libertatem ejus est. Et sicut ad gloriam beatorum est quod sunt praelati nobilissimo corpori, sic, e converso, ad tristitiam malorum est quod sunt alligati vilissimo corpori. Prout ergo passio dicit afflictionem, sic non sunt ipsi in loco per passionem; sed, e converso, patiuntur et affliguntur per hoc quod sunt in loco contra voluntatem. Sed prout passio dicit quacumque habitudinem passivam ad locum, sic ipsi sunt in loco per passionem, id est, per diffinitionem sue essentiae; quod est commune bonis et malis; quia supposita, nec est sibi liberum alium (ε) locum petere. Et sicut beato spiritui locus qui debetur nobilissimo corpori, sibi concessus, quamvis illo non egeat, est sibi ad gaudium, ratione dominii (et sic animabus est gaudium esse in celo empyreo, quem sciunt locum esse nobilissimum suis corporibus deputandum; et per hoc etiam est gaudium angelis, quod sibi etiam est deputatum); sic est (ζ).

(α) *et elective. — Ad. Pr.*

(β) *Quod autem non est liberum. — Om. Pr.*

(γ) *Vel, si. — Item Pr.*

(δ) *secundum nisi. — et non Pr.*

(ε) *alium. — arbitrium Pr.*

(ζ) *est. — Om. Pr.*

e converso de loco dominatorum corporum, quibus spiritus alligantur sic, quod non possunt petere locum nobilissimorum corporum, quem prius habebant vel habituri erant; quod est eis valde tristibile. Nec videtur impossibile corpori dari virtutem detinendi spiritum, supposita definitione essentiae, et limitatione virtutis. Ex quibus videtur quod fortior angelus posset sistere minus fortis. Virtus ergo creata sistendi angelum videtur etiam communicabilis corpori; vel, si illa virtus non esset in corpore, ex quo tamen virtute aliqua determinetur (z) infra corpus, diceretur a corpore detineri, et per consequens affligi, quia inde oritur sibi materia tristandi. — Hec Petrus; et bene quoad multa.

Videtur tamen non ire ad mentem sancti Thomae, quoad modum ponendi animam separatam, vel angelum, aut demonem, esse in loco. Nam ipse non ponit quod sola essentia spiritus separati sit ei ratio essendi in loco; nec sola actio in locum; nec sola passio a loco; sed contactus virtutis. Unde, in questionibus *de Anima*, q. 21, querens quomodo anima separata ab igne corporeo patiatur, arguit sic, decimoquinto loco: « Si dicatur quod ignis agit in animam, inquantum detinet eam ut sibi alligatum; — Contra. Si anima alligatur igni, et ab eo detinetur, oportet quod aliquo modo ei unitur. Non autem unitur ei ut forma, quia sic anima vivificaret ignem. Nec unitur ei ut motor, quia sic magis pateretur ignis ab anima quam e converso. Non est autem aliis modis quo substantia incorporea corpori unitri possit. Ergo anima separata non potest alligari corpori, neque ab eo detineri. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum, inquit, quod anima igni unitur igni penitus ut forma, quia nou dat ei vitam, ut Augustinus dieit (*de Civitate Dei*, lib. 21, cap. 10). Sed unitur ei eo modo (z) quo spiritus unitur (z) locis corporeis, scilicet per contactum virtutis, quamvis etiam non sint (z) eorum motores. » — Hec ille. — Heim, primo *Quodlibeto*, art. 4, sic dicit: « Qualiter angelus sit in loco corporeo, considerari potest ex modo quo corpus est in loco. Est enim corpus in loco per contactum loci. Contactus autem corporis est per quantitatem dimensivam; que in angelo non invenitur, cum sit incorporeus; sed loco ejus est in eo quantitas virtualis. Sicut ergo corpus est in loco per contactum quantitatis dimensivae, ita angelus est in loco per contactum virtutis. Si quis autem velit contactum virtutis operationem vocari, propter hoc quod operari est proprius effectus virtutis, dicatur quod angelus est in loco per operationem; ita tamen quod per operationem non intelligatur sola nictio, sed quaecumque unitio, qua sua

virtute se unit corpori, praesidendo, vel continuando, vel quocumque alio modo. » — Hec ille. — Ex quibus patet quod spiritus potest esse in loco corporali, non solum per actionem immanentem vel transuentem, sed per qualemcumque unionem ejus ad locum, factam virtute propria, et multo fortius virtute divina.

Item, quoad illud quod objicit Durandus de actione immanente, arguit sic sanctus Thomas, in vigesimaprima questione, *de Anima*, decimo septimo loco: « Quod alligature alieni et definitur ab eo, impeditur per ipsum a propria operatione. Sed propria operatio animae est intelligere, a qua impediiri non potest per alligationem ad aliquid corporatum; quia intelligibilis sua in se habet, ut dicitur, 3. *de Anima* (l. 37 et 38); unde non oportet quod extra se querat. Ergo anima separata non punitur per alligationem ad ignem corporeum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum, inquit, quod, licet anima ex huiusmodi alligatione non impediatur ab intellectuali operatione; impeditur tamen a quadam naturali libertate, qua est absoluta ab omni alligatione ad locum corporalem. » — Hec ille.

Item, contra illud quod objicit Durandus de alligatione ad pulchram cameram, arguit sic, ibidem, sanctus Thomas, loco decimo octavo: « Sicut ignis per modum istum potest determinare animam, ita et alia corporalia, et magis inquantum sunt grossiora et graviora. Si ergo anima non punitur nisi per detentionem et alligationem, ejus pena non debet soli igni attribui, sed magis aliis corporibus. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum quod, quia pena peccatorum non solum est animarum; sed etiam corporum, propter hoc ponitur ignis maxime pena Gehennalis, quia ignis est maxime corporum afflictivus. Nihilominus tamen alia erant afflictiva (z), secundum illud (Psalm. 10, v. 7): *turpis, sulphur, spiritus procellarum*, etc. Competit etiam amori inordinato, quod est principium peccandi, ut sicut cœlum empyreum respondet igni charitatis, ita ignis inferni respondeat inordinate concupiscentiae vel cupiditati. »

De hoc autem quod dicit Petrus, quod Deus possit immittere spiritui separato intellectionem, vel volitionem, ad quam spiritus se haberet mere passive, et nullo modo active, — videtur mihi quod implicat contradictionem, quia omnis actio immans, vel est ipsum-agens, sicut in Deo, vel est ab agente tanquam ab hoc, ut dicitur, 3. *Physicorum* (l. c. 20), et 11. *Metaphysicæ* (cap. *de Motu*); unde, si aliqua qualitas imprimetur intellectui, vel voluntati, ad quam nullo modo se haberet active, illa non esset eorum actio, sed mere passio, vel terminus passionis. Verum tamen sanctus Thomas alii

(z) *determinetur. — determinatur* Pr.

(z) *eo modo. — corpus* Pr.

(z) *unitur. — uniuert* Pr.

(z) *sint. — sunt* Pr.

(z) *alia erunt afflictiva. — animæ erant afflictæ* Pr.

quando visus est acquiescere illi opinioni, praesertim quoad visionem divinæ essentiae, ut patet, *de Veritate*, q. 10<sup>a</sup>, art. 44, ubi sic dicit : « Aliqua actione potest aliquid convenire dupliciter. Uno modo, sic quod illius actionis principium sit in operante; sicut in omnibus naturaliter operantibus videmus. Alio modo, sic quod principium illius operationis, vel motus, sit a principio extrinsecus; sicut est in motibus voluntatis (z), et sicut est in operationibus miraculosis, que non sunt nisi virtute divina, etc. » Sed de hoc forte alias latior erit sermo.

**II. Ad argumenta Henrici.** — Ad objecta Henrici contra eamdem conclusionem, patet responsio per predicta. Ad illud enim quod primo dicit, quod, secundum hanc viam, ignis non inferret passionem, etc., — negatur consequentia. Nam in spiritu aliagato corpori est duplex passio. Prima est, quia detinetur; et ista est ab igne immediate. Secunda vero est dolor existens in appetitu; et ista non causatur immediate ab igne, sed mediante prima passione, et intellectione illius, illo modo quo objectum moveat voluntatem vel intellectum angelii, vel altius spiritus separati. De quo est alia questio.

Cum autem dicit quod isto modo non patetur ab igne plus quam ab aere, etc.; — responsum est supra.

De istis sanctus Thomas, vicesima prima questione *de Anima*, sic dicit : « Ad investigandum quomodo ignis corporis anima, vel demoni, possit esse nocivus, considerandum est quod inveniuntur alieni non infertur secundum quod recipit illud quo perficitur, sed secundum quod a contrario impeditur. Unde passio anima ab igne non est secundum receptionem tantum, sicut patitur intellectus ab intelligibili, et sensus a sensibili; sed secundum quod aliquid patitur ab altero secundum viam contrarietas et obstatuli. Hoc autem contingit dupliciter. Impeditur enim aliquid a suo contrario, uno modo, quantum ad suum esse quod habet ex aliqua forma inherente; et sic patitur aliquid a suo contrario per alterationem et corruptionem, sicut lignum ab igne comburitur. Alio modo impeditur aliquid ab aliquo obstante, vel contrariante, quantum ad suam inclinationem: sicut naturalis inclinatio lapidis est ut feratur deorsum; impeditur autem ab aliquo obstante, et vim inferrente, ut per violentiam quiescat, vel per violentiam moveatur. Neuter autem modus passionis penalitatis est in re carende cognitione. Nam ubi non potest esse dolor et tristitia, non competit ratio afflictionis et paenae. Sed in habente cognitionem,

(x) In variis editionibus operum sancti Thomae, loco voluntatis ponitur violentia. Et tunc non potest deduci ex hoc textu Dr. Thomam acquiescere opinioni quam sustinet Petrus de Palude.

ex utroque modo passionis consequitur afflictio et paena; sed diversimode. Nam passio quæ (z) est secundum alterationem a contrario, infert afflictionem et paenam sensibilem; et dolorum; sicut sensibile excellens corruptit harmoniam sensus. Et ideo excellens sensibilium, et maxime tangibilium (e); dolorum, sensibilem conferunt; contemporaneas autem eorum detectant, propter convenientiam ad sensum. Secunda autem passio non infert dolorem sensibilem, sed inferiorem tristitiam, quæ oritur in homine vel in (y) animandi ex hoc quod aliquid aliqua vi interiori apprehenditur, ut repugnans voluntati vel enimque appetitu. Unde ea quæ sunt contraria voluntati vel appetitu, affligunt, et magis interdum quam ea quæ sunt dolorosa secundum sensum; præcligeret enim aliquis verberari, et sensum graviter affligi, quam vituperia suscipere, vel alia hujusmodi, quæ voluntati repugnant. Secundum ergo primum modum passionis, anima non potest pati paenam ab igne corporeo; nam impossibile est quod ab eo alteretur, vel corruptatur; et ideo non eo modo ab igne affligitur, ut ab eo dolorem sensibilem patiatur. Potest autem pati anima ab igne corporeo, secundo modo passionis, in quantum per hujusmodi ignem impeditur a sua inclinatione, vel voluntate. Quod si patet. Anima enim, et quilibet incorporeus substantia, quantum est de sua natura, non obligatur alieni loco; sed transcendit totum ordinem corporalium. Quod ergo alligetur alieni, et determinetur ad aliquem locum per necessitatem, est contra ejus naturam, et contrarium appetitu naturali. (Et hoc dico, non in quantum conjugitur corpori, cuius est forma naturalis, in quo aliquam perfectionem consequitur.) Quod autem aliqua spiritualis substantia alieni corpori obligetur, non est ex virtute corporis potentis substantiam incorpoream detinere, sed est ex virtute alienus superioris substantiae, alligantis talium spiritualium substantiam talis corpori; sicut etiam arte magica, permissione divina, virtute superiorum demonum, aliqui spiritus rebus aliquibus alligantur, sicut annulis (z), vel imaginibus, vel hujusmodi rebus. Et per hunc modum anime et demones alligantur virtute divina, in sui paenam, corporeo igni. Unde Augustinus dicit, 21, *de Civitate Dei* (cap. 10): Cuius (z) non dicamus, quamvis miris, tamen reis modis, etiam spiritus incorporeos posse paenam corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto (y) incorporei, et nunc potuerunt (z) includi corporalibus

(z) quæ. — Om. Pr.

(e) tangibilem. — tangibile Pr.

(y) in homina vel in ab homine vel ab Pr.

(z) annulis. — angelis Pr.

(e) Cui. — Cui Pr.

(y) profecto. — Om. Pr.

(z) et nunc potuerunt. — tunc potuerunt Pr.

*membbris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubilibus alligari? Adhuc hunc ergo spiritus et dæmones, licet (α) incorporei, corporis ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus perire, non dantes ignibus vitam.* Et sic verum est quod ignis ille, inquantum divina virtute detinet animam alligatam, agit in animam ut instrumentum divine justitiae. Et inquantum anima apprehendit illum ignem ut sic sibi nocivum, interiori tristitia affligitur. Quia quidem magna est, cum considerat se insimilis rebus solidi, que nata fuit Deo per fructum uniri. Maxima ergo afflictio dannatorum erit ex eo quod a Deo separabuntur; secunda vero ex hoc quod febus corporibus subdentes, et in insano et abjectissimo loco detrudenter. » — Hac ille.

### S 3. — AD ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

**Ad argumenta Aureoli.** — Ad objecta Aureoli contra tertiam conclusionem, dicitur generaliter, primo: quod apud quid sit de prolationibus, tamen conclusio non procedit contra conclusionem nostram. Conceditur enim quod maxima miseria dannatorum, et eorum maximum malum, non consistit in tristitia, nec in quacumque privatione divinae visionis, aut qualicunque dolore; sed in eorum perversa operatione et peccato. Dicitur tamen quod eorum pena non consistit in tali miseria; sed in privatione, vel dolore, aut tristitia.

Pro prima parte hujus solutionis, beatus Thomas, 4. *Sententia*, dist. 50, q. 2, art. 4, in solutione sextae questionis, sic dicit: « Post diem iudicii erit ultima consummatio bonorum et malorum; ita quod nihil erit ulterius addendum de bono vel malo. Unde bona voluntas in beatis non erit merita, sed premium; et mala voluntas in damnatis non erit demerita, sed pena tantum. Operationes enim virtutis sunt praeципue in felicitate, et eorum contraria sunt praecipue in miseria, ut dicitur, 1. *Ethicorum* (cap. 8, 10 et 13). » — Hac ille. — Item, 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, q. 39, art. 4, probat quod tristitia non est summum hominis malum; « Omnis enim tristitia, seu dolor, aut est de hoc quod est vere malum, aut est de aliquo apparenti malo, quod est vere bonum. Dolor autem, seu tristitia, que est de vere malo, non potest esse summum malum; est enim aliquid eo pejus, scilicet vel non judicare esse malum illud quod est vere malum, vel etiam non refutare illud. Tristitia autem, vel dolor, qui est de apparenti malo, quod est vere bonum, non potest esse summum malum; quia pejus esset omnino alienari a vero bono. Unde impossibile est quod aliqua tristitia, vel dolor, sit summum hominis

malum. » — Hac ille. — Item, 1 p., q. 48, art. 6, sic dicit: « Culpa habet plus de ratione mali quam pena; non solum quam pena sensibilis, vel quae consistit in privatione honorum corporalium, cuiusmodi (ε) penas plures attendunt; sed etiam universaliter accipiendo poenam, secundum quod (ε) privatio gratiae, vel gloriae, pena quedam (ζ) sunt. Cuius duplex est ratio, etc. » Simile ponit, *de Molo*, q. 1, art. 5, et multis aliis locis. — Ex quibus patet prima pars solutionis, scilicet quod malum et miseria damnatorum consistit (ε) in eorum perversa electione, vel operatione, et non in aliqua tristitia, vel dolore, aut privatione alicuius boni.

Sed pro secunda parte conclusionis solutionis, scilicet quod in tali culpa non consistat principaliiter eorum pena, patet: quia nulla culpa, inquantum hujusmodi, est pena. De hoc sanctus Thomas, *de Molo*, q. 1, art. 4, in solutione primi, sic dicit: « Cum de ratione culpe sit quod sit voluntaria, de ratione autem penae quod sit contra voluntatem, impossibile est quod idem secundum idem sit pena et culpa; quia idem secundum idem non potest esse voluntarium et contra voluntatem. Sed secundum diversa nihil hoc prohibet. Ei enim quod volumus, potest esse aliquod conjunctum, quod naturaliter voluntati repugnat; et querendo quod volumus, incurrimus in illud quod nollemus. Et hoc in peccantibus accedit: dum enim inordinate afficiuntur ad aliquod honestum creatum, incurruunt separationem a bono increato; et alia hujusmodi, quae non vellent. Et sic idem secundum diversa potest esse culpa et pena, sed non secundum idem. » — Hac ille. — Vide totum articulum. Simile ponit, 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, q. 87, art. 2; et multis aliis locis (ε), ubi summarie ponit quod pena et culpa tripliciter differunt. Primo quidem, quia culpa est malum actionis, pena autem est malum ipsius agentis. Secundo, quia culpa est voluntaria, sed pena est contra voluntatem. Tertio, quia culpa est in agendo, pena vero in patiendo. — Ex quibus patet falsitas (ζ) opinionis cuiusdam moderni dicentis quod quilibet damnatus plus punitur a seipso quam a Deo. Opinabatur enim quod culpa inquantum hujusmodi, esset pena, et quod summum malum esset summa pena, sicut Aureolus.

Ad argumentum principale contra questionem (γ), respondet sanctus Thomas, dist. 44, q. 3, art. 3, q<sup>a</sup> 3, in solutione quarti: « Dicendum, inquit, quod ignis agit in animam, non per modum influentis,

(α) *cuiusmodi*. — *cuius* Pr.

(β) *est*. — *Ad*, Pr.

(γ) *guardam*. — *quidem* Pr.

(δ) *consistit*. — *punitur, cum sit* Pr.

(ε) *Cfr 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, q. 30, art. 2, ad 4<sup>um</sup>; 1. *Sententia*, dist. 46, q. 1, art. 2, ad 4<sup>um</sup>; 2. *Sententia*, dist. 36, q. 1, art. 3.*

(ζ) *falsitas*. — *voluntas* Pr.

(η) *questionem*. — *conclusionem* Pr.

sed per modum detinentis, ut ex dictis patet. Et ideo ratio non est ad propositum. » — Haec ille. Et haec de quæstione sufficient. De qua benedictus Deus in æternum. Amen.

## DISTINCTIO XLV.

## QUÆSTIO I.

UTRUM SANCTI QUI SUNT IN PATRIA, COGNOSCANT  
ORATIONES NOSTRAS

**M**ICA quadragesimam quintam distinctiōnem queritur: Utrum sancti qui sunt in patria, cognoscant orationes nostras. Et arguitur quod non. Quia, sicut sancti post mortem vident Verbum, ita et angeli, de quibus dicitur, Matth. 18 (v. 10): *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Sed angeli Verbum videntes non propter hoc omnia cognoscunt, cum a nescientia minores a superioribus purgentur, ut patet per Dionysium, septimo capite, *Carlestis Hierarchie.* Ergo nec sancti, quamvis videant Verbum, in eo orationes nostras cognoscunt, nec alia que circa nos aguntur.

In oppositum arguitur. Quia super illud Job 14 (v. 21), *Sive nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelliget,* dicit beatus Gregorius in libro *Moralium* (lib. 12, cap. 21, vet. 43, rec. 14): *Hoc de animabus sanctis sentiendum non est; quia qui intus Omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est quod sit foris aliquid quod ignorent.* Ergo sancti orationes sibi factas cognoscunt.

In hac quæstione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objections. In tertio, solutions.

## ARTICULUS I.

## PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

**Prima conclusio:** Quod beati vident in Verbo orationes vocales eis directas.

**Secunda** est quod beati vident in Verbo devotiones mentales eorum qui eis afflentur, et cogitationes.

Has duas conclusiones ponit sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 3, art. 1, ubi sic dicit:

« Divina essentia est sufficiens medium cognoscendi omnia. Quod patet ex hoc quod Deus, videndo essentiam suam, omnia intuetur. Non tamen sequitur quod quicunque essentiam Dei videt, omnia cognoscat, sed solum qui essentiam comprehendit; sicut nec, aliquo principio cognito, consequens est omnia cognosci quia ex principio cognoscuntur, nisi tota virtus principii comprehendatur. Unde, cum animæ sanctorum divinam essentiam non comprehendant, non est conveniens ut omnia cognoscant quae per divinam essentiam cognosci possunt. Unde etiam de quibus omni inferioris angelis a superioribus edocentur, quamvis omnes divinam essentiam videant. Sed unusquisque beatus tantum de aliis rebus necesse est ut in divina essentia videat, quantum perfectio beatitudinis requirit. Hoc autem ad perfectionem beatitudinis requiritur, ut homo habeat quidquid recte velit. Hoc autem recta voluntate quilibet vult, ut ea quae ad ipsum pertinent, cognoscat. Unde, cum nulla rectitudine desit sanctis, volunt cognoscere ea quae ad ipsos pertinent. Et ideo oportet quod illa in Verbo cognoscant. Hoc autem ad eorum gloriam pertinet, quod auxilium diligentibus prebeat ad salutem; sic enim Dei cooperatores efficiuntur, quoniam nihil est divinius, ut dicit Dionysius, 3 cap. *Ecclesiastice Hierarchie.* Unde patet quod sancti cognitionem habent eorum quae ad hoc requiruntur. Et sic manifestum est quod in Verbo cognoscunt vola, et orationes, et devotiones hominum qui ad eorum auxilium consurgunt. » — Haec ille.

Ex quibus potest formari ratio pro utraque conclusione simul. Quilibet beatus omnia illa videt in divina essentia, quae pertinent ad suam beatitudinis perfectionem. Sed cognoscere cogitationes, affectiones et voces beatis directas, pertinet ad perfectionem suam beatitudinis. Ergo beati talia cognoscunt.

Et in hoc primus articulus terminatur.

## ARTICULUS II.

## PONUNTUR OBJECTIONES

**Argumenta Durandi.** — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem Durandus (dist. 45, q. 4), contra ambas arguit, in hunc modum dicens: In beatis hominibus, et angelis, ponitur triplex (<sup>a</sup>) cognitio: scilicet naturalis, beatifica (<sup>b</sup>), et quedam media, quae est revelatoria. Si queratur de prima cognitione, an per eam beati cognoscant orationes nostras, dicendum est quod non, saltem animæ separatae. Et hoc patet dupliciter. **Primo:** Quia naturalis cognitio animæ

(<sup>a</sup>) *triplex. — duplex Pr.*

(<sup>b</sup>) *scilicet: naturalis, beatifica. — prima scilicet naturalis et beata Pr.*